T. MACCI PLAVTI

MERCATOR.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ELBERFELDAE
R. L. FRIDERICHS
SVMPTVS FECIT
A. MDCCCLIV.

LONDINI
WILLIAMS & NORGATE
DULAU & SOC.

NEW-YORK
B. WESTERMANN & SOC.
GARRIGUE & CHRISTERN

VAENVMDANT.

Mercator cum Bobiensis codicis quattuor quaterniones occupasset, ex horum primo atque extremo nihil hodie in membranis Ambrosianis superstes est: ad duos medios haec quas infra posui partes vel potius particulae pertinent.

XXXVII:

193. 194 = 247—265. 266—282
359. 360 = 283—301. 302—321
A. a
B. b
C. c
D. d
369. 370 = 457—471. 472—487
207. 208 = 488—503. 504—520

XXXVIII:

93. 94 = 521—539. 540—555
E. e
467. 468 = ...—601. 602—619
F. f
G. g
469 c. 470 c = ...—696. 697—713
H. h
83. 84 = 753—771. 772—790

Et prioris quidem quaternionis, si ab una pagina 359 discesseris in qua pauca apparuerunt, membranae omnes aut percommode aut non incommode saltem legi potuerunt: item posterioris paginae 93. 94. Contra perpauca pristinae scripturae vestigia in pagina 84 supersunt, nihil praeter aliquot litterulas

in 83, prorsus nihil in duabus membranis mediis, tam miserum in modum pessum datis ut ne sacrae quidem scripturae quidquam servent. Idemque in duas alias membranas dicam an membranarum lacinias (469 *a*. 470 *a* et 469 *b*. 470 *b*) cadit, propter id ipsum adeo ab Angelo Maio neglectas ut paginarum numeros nullos inscripserit.

Interiectarum autem quae perierunt membranarum intervallis satis exaequari superstitum inter v. 321 et 457, tem inter 713 et 753 partium ambitum facile, ubi calculos recte subduxeris, intelleges: praesertim si aliquid lacunarum illarum, quae v. 353. 401. 413 et 418. 433 signandae fuerunt, suppletum fuisse in Bobiensi libro, eundemque Palatinis non integriorem fuisse in ea scaena credideris quae vulgo tertia est actus quarti. Quanquam potuit ille profecto carere insiticio versu 745 unoque auctior esse post 731. — Verum qui a fabulae v. 556 ad 601 vulgo versus leguntur XLVIII prope omnes iambici, quibus quattuor accedunt a scaenarum inscriptionibus, vix sufficiunt ad trium paginarum *E. e* et 467 h. e. ad LVII versuum spatia complenda, ne si extitisse quidem in Bobiensi duos illos existimaveris qui post v. 598 scripti in Palatinis iterantur ante 844. Vt propemodum suspicer de hoc posteriore loco, quem suum occupare iudicavi, non hos tantum duos, sed simul aliquot vicinos casu aliquo in priorem locum olim traiectos fuisse earumque turbarum partem tantum ut fit ad Palatinos pertinuisse. — Praeterea haud scio an nimium fuerit, ex eis septenariis circiter XLVI, quos paginae *F. f. G* tenuerunt (nam in paginas *g* et 469 apprime quadrant qui supersunt usque ad 696 versus), undecim vel duodecim credere in binos dispestos fuisse. Atque in hac quoque parte reapse intercidisse aliquid, quod superesse in codice Bobiensi potuit, facile eae turbae persuadeant e nova fabulae διασκευῇ

repetendae, de quibus ad v. 620. 624 dixi, quarumque non immunem illum fuisse mox apparebit.

E deperditis quaternionibus vix quidquam dubitationis XXXIX inicit, non paullum XXXVI. Et exitus quidem fabulae a v. 791 ad 1026 una cum Mostellariae primis versibus DLXXV quomodo per tres quaterniones XXXIX. XL. XLI, e quibus nihil aetatem tulit, et primam membranam quaternionis XLII dispertiti fuerint, etsi non licet ullo modo definire accuratius, tamen ubi ad iustum computum versuum paginarumque numeros revocaveris, sat probabilem prodire mensurae congruentiam cognoveris. — Initium autem Mercatoris ipso quaternionis XXXVI initio factum esse subscriptio eius quae in Bobiensi codice praecessit fabulae docet, quae est Epidicus. Eam enim subscriptionem iam Parergon p. 297 significavi hanc esse in paenultima pagina (315) quaternionis XXXV:

EPIDICUS EXPLICIT
INCIPIT MERCATOR
FELICITER

Huius autem membranae cum ultima pagina (316) scriptura omni vacet, proclivis sane coniectura fuit, aut hac ipsa in pagina scripturum fuisse librarium didascaliam fabulae cum argumento metrico, aut eiusmodi nihil transcribendum habuisse: unde consecuturum esset sane in prima pagina quaternionis XXXVI exorsam esse primam scaenam sive prologum fabulae. Quodsi huic prologo, quippe cx circiter senariis concluso, sex paginas tribueris, unam autem actus II. scaenae I. senariis 228 — 246, quae relictae sunt novem paginae non profecto expleri mediis partibus videbuntur h. e. tribus senariis cum duarum scaenarum inscriptionibus, septenariis autem CXI: quando ut consuetudinem ita fidem prorsus excedit

ex cxi septenariis bifariam divisos LIII fuisse: tot enim versuum ad illos CXVIII accessione opus est ut novem paginarum mensurae, quae CLXXI versus poscit, satisfiat. Quodsi de more usitato CXI septenariis bipertitos ad summum XX tribueris, vel sic tamen circiter XXXIII versus deerunt, quos haud facile dicas unde asciscamus. Nisi quidem duplici coniectura hac utare: primum ut praeter id quod esse consentaneum supra diximus, primam quaternionis paginam credas argumentum fabulae et fortasse didascaliam occupasse: deinde ut aliquot olim versibus auctior prologus praeter sex paginas integras pertinuerit usque ad initium septimae: quem ad modum etiam Trinummi pagina 36 praeter tres versus prologi ultimos nihil continet. Nam de tam ampla lacuna, quanta duarum fere paginarum ambitus exaequetur, suspicandi caussa in illa quidem fabulae parte nulla est.

Omnino enim aut omnia fallunt aut, si a singularium versuum vel accessione vel omissione discesseris, talem prorsus qualem Palatini libri hanc fabulam etiam Bobiensis servabat, h. e. non qualis e Plauti manibus prodiit, sed secundis curis alicuius διασκευαστοῦ immutatam ad exemplum Stichi atque Persae. Nam eadem quod mutilarum in numero inde ab Ioannis Baptistae Pii temporibus habita est eamque ob caussam imperitissimis supplementis interpolata post v. 829 et 956 insertis, id quidem quam pravo iudicio existimatum sit sensu verissimo iam Niebuhrius assecutus est, quantumvis ille infelix defensor noviciorum supplementorum illorum, Opuscul. histor. et philol. I p. 175 sq. Nec enim quidquam in ea quae nunc habetur fabula ad commodam argumenti explicationem desideratur, nisi quod et unius scaenae caput periisse ante v. 857, et non suum locum Syrae sermonem, quem post v. 804 reposuimus, in libris occupare apertissimum est: miniméque om-

nium Demiphonis uxor illa scilicet Peristrata erat cur ceteris personis adderetur non praeter necessitatem tantum sed etiam praeter rationem. Contra, cum desit nihil, aliquam multa redundant, aliquid etiam repugnat reliquae argumenti dispositioni: suntque haec ita comparata, ut etiam qui prudentiore iudicio utatur, non possit non duorum operam poetarum agnoscere. Nam satis prudenter negamus sane eos agere qui, sicubi discrepantia inter se vel moleste iterata in poetarum libris offenderint quae non posse conciliari appareat, ea continuo ad illud genus omnia referunt quod fere 'duplicis recensionis' nomine comprehenditur, nec ab eis 'dittographiis', quae librariorum interpretumve ludibunda sedulitate subnatae ipsa verborum sententiarum numerorum pravitate noviciam originem prodant, severiore iudicio talia discernunt quae satis bona per se, reliquis non ut simul legerentur addita sunt, sed ut pro eis, horum in locum substituta certo emendandi consilio sive eiusdem poetae sive alius, non librarii vel grammatici, verum item poetae. Velut ad genus prius tantum non omnia exempla 'dittographiae' in Trinummo Plautina indagatae referenda sunt: qualia quidem critico officium imponunt alterarum partium optandarum atque probandarum, damnandarum confidenterque expellendarum alterarum. Nec ulla est e Plautinis fabulis quin hac specie interpolationis, quam glossematum nomine notare consuevimus, identidem deformata sit: pertinentque huc e Mercatore praeter alia (ut v. 536. 745. 815, quibus sero intellexi versum 276 accedere) illae turbae quas componere ad v. 982 studuimus. Contra geminae recensionis h. e. dedita opera institutae διασκευῆς, quam non possis non ex ipsa antiquitate repetere, certissimo, nisi prorsus fallimur, indicio tribus in locis servati gemini sermones sunt, sententiarum tenore prorsus παράλληλοι: pri-

mum v. 369—372 et 373—375; deinde v. 150—165, pariterque v. 620—624, cum eis comparati qui utroque loco partim praecedunt partim subsequuntur. Has igitur partes non dubitamus una cum prologo fabulae aut toto aut prope toto illi aetati tribuere qua omnem poesim Plautinam studiose recultam esse singulasque fabulas, quo Plautinae festivitatis cupido populo denuo spectandae praeberentur, cum cura retractatas esse olim demonstravimus h. e. ineunti saeculo septimo. Talis autem recensio nova quam late patuerit, cum plerumque, ut nunc res est, accuratius definiri nequeat, tamen non nimis mirandum esse putamus sicubi etiam gravioris discrepantiae vestigia relicta sint. Tale est autem quod permiro consilio, cuius rationem prorsus non expedias, v. 529 Pasicompsae Lysimachus illa dicit *'tuo ero redempta's rursum: Ego te redemi illi: ille mecum orauit.'* Emit enim mulierem Lysimachus oranti Demiphoni qui non fuerat erus, non redemit Charino qui fuerat. Nec consulto simulare hoc, illud dissimulare credendus Lysimachus: alioqui nec de ove sexagenaria illa verba fecisset v. 524, nec, si forte iocum captare suspicere, mox tam seriam mirationem proderet, postquam iam per biennium rem habuisse cum amatore Pasicompsam comperit, nec ea interrogaret loqueretur̄que v. 538 sqq. quae non potuit nisi cui de Charini amore nihil compertum esset. Quo accedit quod ne hoc quidem satis perspicitur, a quo tandem emere mulierem Demiphonis mandato Lysimachus, dum dominus illius Charinus a nave abest, potuerit. Hunc igitur nodum, inexplicabilem nobis, aut solvat qui potuerit, aut insigni argumento esse retractatae aliquando fabulae fateatur.

Haec autem si ratio universa est huius fabulae, etiam de singulis in promptu est quid sit iudicandum, si quae paullulum recedere a Plautina in verbis vel numeris proprietate

videantur. Quod genus, utpote excedens praefationis angustias, etsi dedita opera olim pertractandum erit, tamen tantum vel nunc affirmare licet, frustra esse qui talibus freti Mercatorem totam a Plauto abiudicare animum induxerint, hoc est eam fabulam quae et ingenii Plautini et aetatis et consuetudinis vere Plautinae ut manifesta ita luculenta documenta habeat plurima. Frigent quaedam in hac fabula, fateor, et frigent paullo plura quam in Persa notavi nuper. Velut vix satis dignum poeta *ad exemplar Siculi properante Epicharmi* videbitur, quod nimia profecto loquacitate et molestioribus ambagibus impatientem morae Charinum cum in scaena secunda actus primi Acanthio servus tum in quinti actus secunda (nobis tertia) Eutychus sodalis morantur. Item imitatorem potius Plauti quam Plautum prosopopoeiae illius putida frequentia arguit qua non tantum in prologo haec cumulantur v. 19. 25 sqq. *cura aegritudo, nimia elegantia, insomnia aerumna error terror fuga ineptia stultitia temeritas incogitantia, excors immodestia, petulantia cupiditas maleuolentia auiditas desidia inopia iniuria contumelia dispendium pauciloquium multiloquium,* sed etiam in reliqua fabula v. 162 *uis metus cruciatus cura iurgium inopia,* rursus v. 845 sqq. *uita amicitia uoluptas laetitia ludus iocus* una cum contrarii generis malis *ira inimicitia maerore lacrumis exitio inopia pertinacia stultitia exilio solitudine,* item v. 867 sqq. *spes salus uictoria* et *cura miseria aegritudo lacrumae lamentatio.* Mitto nunc alia quaedam eius generis, olim huc rediturus: pauca esse in multitudine eorum assevero quae vel recte vel praeclare instituta Plautinae virtutis etiam in simplicioris argumenti tractatione tam vivam et sibimet constantem speciem prae se ferant, ut ne posse quidem ab alio scripta esse videantur: praesertim in tanta etiam verborum sermonis-

que antiquitate, quam a recentioris aetatis usu nec pauca nec dubia indicia separant.

Quod autem supra dixi eius scaenae, quae vulgo tertia numeratur actus ultimi, caput periisse temporum iniquitate, id haud scio an aliquo modo confirmetur eo argumentandi genere quod e Glossarii Plautini testimoniis petitum his fabulis identidem adhibui. Excerpta sunt in illo haec e Mercatore adverbia, quibus versuum unde sumpta sunt numeros ascripsi:

ampliter 98 neuiſ 150 guttatim 205 efflictim 444 dissimulanter altrinsecus 977

Non legitur hodie in hac fabula dissimulanter: quod cum inter v. 444 et 977 olim lectum esse appareat, aliquanto maiore ut puto probabilitate ad illum quem dixi locum referes quam ad eas quas v. 624. 732. 849 lacunas notavi.

Reizii et Hermanni ad Mercatorem perpaucae emendationes sunt: aliquanto plures, non multae, Lachmanni, quarum maximam partem commemoravi. Nam huius manu etsi in exemplaris Bipontini quod possedit marginibus longe plurima scripta sunt, haec tamen tam diligens industria ad Aldinae editionis Iuntinaeque tertiae (anno MDLIV proditae) discrepantem scripturam omnis spectat: quibus ille libris plus videtur iuvenis quam senex tribuisse.

Scr. Bonnae m. Febr. a. CIƆIƆCCCLIIII.

Postquam trimestrem in his plagulis adornandis operam officina consumpsit, paucarum admonitionum accessio subnata est. Et versuum quidem 114. 388. 398. 755, item eius qui primus est argumenti Sulpiciani, emendationes nostras paullo uberius enarrandi opportunitatem academicum officium praebuit quo ad huius ipsius aestatis scholas Bonnenses prooemiati sumus. Item quibus rationibus servatum v. 942 *naugas*, v. autem 46. 118. 738. 960 revocatae *obiurigare, iurigandum purigas expurigationem* formae stabiliantur, expositum est in prooemio earum quae proxime instant hibernarum scholarum.

Praeterea quod primae Mercatoris paginae non sunt *Plauti*, sed *M. A. Plauti* (sic) Bothiano exemplo inscriptae, id si qui forte ex benevolentibus in eam partem interpretentur, ut de pristina fiducia deiectum sera me paenitentia expiare voluisse audacissimae illius coniecturae offensionem suspicentur, quam de propriis Sarsinatis poetae nominibus olim propositam nimis diu et ipse fovissem et aliorum favori commendassem: fatendum est laudem omnem tam salutaris remedii typothetae Elberfeldensi deberi. Id igitur cum ego factum doleam, habebit cur sibi gratuletur, qui quamvis fortis nuper vindex et patronus exturbati a nobis *Marci Accii* extiterit, tamen mea sententia (et loquor equidem ex animi sententia) fortiore, quam quod e typothetae illius consensu petat, argumento nullo usus est. Nisi quidem fortitudinis est, Festi breviatorem *'Paulum Silentiarium'* tanquam e communis ignorationis silentiis in vitales luminis oras excitare: vel testes proferre *'codices'* Charisii: vel Asinariae Plautinae *'meliores codices omnes'* opponere Veteri Camerarii: vel inopem nominum poetam modo *'cognomine'* modo *'agnomine' Accius* ditare: vel ad alicuius *Auli Plautii* poetae cogitationem Haenelianam memoriam codicis alicuius Toletani detorquere sic ut

fertur inscripti '*M. A. Plauti comoediae*': vel in iambici senarii talis *Quaré pro facie, pró statura Accu' statum* speciem longe blandissimam Lucilianum hexametrum transfigurare. Qui poeta quam ab iudicando, impugnando vel aliquo modo commemorando tragoediarum scriptore L. Attio non alienus fuerit, medioeri molestia sua vir, si Lachmanno in Lucr. p. 159 credendum, doctissimus ex eis, quae in Monum. epigr. trib. p. 30 sq., item in Quaest. de fictil. litt. Lat. ant. p. 11 significata sunt, discere potuerat, si modo sero discere quam et praepropere et praepostere docere mallet.

Ser. m. Iunio.

T · MACCI · PLAVTI

M E R C A T O R

GRAECA · EMPOROS · PHILEMONIS

ARGVMENTVM I.

Missús adulescens áb suo mercatúm patre
Emit átque adportat scíta forma múlierem.
Requírit quae sit, póstquam eam uidít, senex:
Confíngit seruos émptam matri pédisequam.
Amát senex hanc ác se adsimulans uéndere
Tradít uicino [amíco.] eum putat uxór sibi
Obdúxe scortum. túm adulescentem éx fuga
Retrahít sodalis, póstquam amicam ei ínuenit.

INCIPIT MERCATOR ***B***. MERCATOR ***D***. PLAVTI POETE CL^mi MERCATOR INCIPIT. ARGVMENTVM ***F***. PLAuti Sar. Mercator. Argumentum ***Z*** *Argum. I.* 1. *Sic* ***R*** *prooem. schol. Bonn. hib. a. 1841 p. IX.* Miſſuſ mercatum ab ſuo aduleſceuſ patre *libri*, *nisi quod* adol. ***CDF***. *Vbi* adolescens ab suo *Pylades*: Mercatum missus *Pareus ed. tert.*, *Guyetus*: Missus mercator *Camerarius* 2. Emittatque ***B*** apportat ***CDF***. portat ***Z*** 3. queſit ***B*** 4. Coufingit ***Z***. Conficit *reliqui* feruoſ *pro* feruuſ ***B*** pedi ſequam ***B***. pediſſequam *reliqui* 5. ac se adsimulaus ***R***. ad ſe ſimulans ***B***. ſe adſimulauſ *reliqui*. at se simulans *Gulielmus*. seque adsimulans *Pylades*. ac se simulans *Gruterus* 6. uicino amico. eum putat ***R***. nicino eum putat ***B***. nicino cumputat ***C***. nicino cum putat ***DF***. uicino computat ***Z*** sibi] illius *Camerarius* 7. Obduxe ſcortum. tum ***CD***. Obduxiſti cor tuũ ***B***. Obduxiſſe ſcortum. tum ***FZ*** adulescentem ***R***. charinum ***BDZ***. charuium ***C***. cariuum ***F*** 8. ei inuenit ***R***. inueuit *libri*. inuenerat *Pylades*. repererit *Guyetus*: *pro quo debebat saltem* repperit

ARGVMENTVM II.

Mercátum asotum fílium extrudít pater.
Is péregre missus rédimit ancillam hóspitis,
Amóre captus. út uenit, naue éxilit:
Pater áduolat, uisam áncillam [illam] déperit,
Quoiús sit percunctátur. seruos pédisequam
Ab ádulescente [fíngit] matri emptam ípsius.
Senéx sibi prospíciens, ut amicó suo
Vaeníret, natum orábat: natus, út suo.
Hic fílium subdíderat uiciní, pater
Vicínum. praemercátur ancillám senex.

Argum. II. 1. asotum **R**. adſotiū **B**. a ſe dum **CD**, *codd. Pyladis*. a ſe **FZ**. ab sese *Scaliger*. ad socium *Camerarius*. adsiduum *Bothius olim* 2. missus *Beroaldus*. miliſ **BCD**. militiſ **FZ**. unius *Camerarius* hoſpitiſ **CDFZ**. militiſ **B** 3. ut uenit *Lambinus*. ut uehit *libri*. atuehit (*h. e.* aduehit) *Gulielmus*. auehit *Scaliger* naue **B**· naui *reliqui* exiit *Bothius* 4. uisam anciliam illam **R**. uiſam anciiiam *libri*. uisamque anciiiam *Camerarius* 5. Cuiuſ *libri* percoutatur **FZ** ſerul **B**. ſeruuſ *reliqui* pediſ aequam **B**. pediſſequam *reliqui* 6. adol. **CD**. adulefcentē **B** fingit matri emptam ipsius **R**: *nisi* m[emorat] m. e. i. *malueris*. matri emptam ipſiuſ *libri*. ait matri esse emptam ipsius *Pylades et* emtam esse *transponens Camerarius*: *qui saltem* matri ait emptam esse *vel* matri esse emptam ait *debebant*. ipsius emptam matri ait *Bothius*: *pro quo lenius poterat* matri ipsius emptam ait 7. perſpicienſ **Z** 8. Veuire **B**. Veuiret *reliqui* 9. Hac **Da** 10. Vicinum *codd. Pyladis*. Vicinuſ *libri nostri* premerc. **D**

Eám domi deprénsam coniunx íllius
Vicíni scortum insímulat, protelát uirum.
Mercátor exspes pátria fugere déstinat:
Prohibétur a sodále, qui patrem íllius
Hortátur cum suo pátre, nato ut cedát [suo.]

---

11. depreheufam *libri* couiux ***B*** 12. expee *Saracenus, Pius.* experf *libri* 14. Hortatur cum euo patre ***R***. Orat cum fuo patre *libri.* O. suo cum p. *Pylades.* Onerat euo cum *Gulielmus.* Cum patre exorat *Bothius* nato uti cedat suo *Bothius.* uato ut cederet *libri. Non ἄμετρον, sed soloecum* pátre, uti uato céderet *Post* cederet *novum versum libri addunt* Abfente cum leuoue perfido. *Sed 'in emaculatis exemplaribus carmen hoc non legitur' Pio teste*

PERSONAE.

CHARINVS ADVLESCENS
ACANTHIO SERVOS
DEMIPHO SENEX
LYSIMACHVS SENEX
LORARIVS
EVTYCHVS ADVLESCENS
PASICOMPSA MERETRIX
DORIPPA MVLIER
SYRA ANVS ANCILLA
COCVS

ACTVS I.

PROLOGVS.

CHARINVS.

Duas rés simul nunc ágere decretúmst mihi:
Et árgumentum et mĕos amores éloquar;
Etsi hóc parum hercle móre maiorum ínstiti,
Pro mĕa persona ut sim ád uos index ílico.
Graece haéc uocatur Émporos Philémonis:

Act. I. Scaen. 1. CHARINVS ADOLESCENS ***B***. CHARINVS *reliqui* 1. Quaſ ***Z*** decretumſt ***CDZ***. ducere nĉſt ***B***. decretum eſt ***F***. 2. amoriſ ***C*** 3—17 *sic ordinavi Parerg. I p. 17 sq., qui in libris collocantur* 12—17. 5—11. 3. 4 3. Etsi *Bothius*. Fit ***B***. Et *reliqui* hercle ***R***. ẽẽ ***BCD***. eſſe ***FZ***. etiam *Camerarius*. etsi *Salmasius*. ecce *Gronovius* matorum ***B***. amatorum *Acidalius* 4. Pro mea persona ut sim ad uos ***R***. -P- mea perconatuſ ſum uoſ ſumq; ***B***. Per me perconatuſ ſum uoſſũq; ***CD***. Per me percontatuſ ſum ſumque ***FZ***, *et sine* ſum *libri Mureti Var. lect. XVIII*, 9. Per meam personam ad uos qui sim *Bothius, sed is alias alia suadens et alia aliis incredibiliora.* Prius ac percontatus sum uos, sumpsi *Pistoris* index ilico ***F***. inde exilico ***BD***. inde exilio ***C***. iudex illico ***Z***. indicium illico *Pistoris* *Aliorum de v. 3. 4 commenta vel potius portenta, ut Salmasii, Acidalii, Alciati apud Lambinum, Gronovii, sciens omisi* 5. Grece ***C*** uocatur Emporos *Aldina (Iuntinam ut puto secuta).* uocaturẽ poruſ ***B***. uocatur

Eadém latine Mércator Maccí Titi.
Pater ád mercatum hinc mé meus misít Rhodum:
Biénnium iam fáctumst, postquam abií domo.
Ibi amáre occepi fórma eximia múlierem.
Sed ea út sim inplicitus dícam, si operaest aúribus
Atque áduortendum at ánimum adest benígnitas.
Non égo item facio, ut álios in comoédiis
Vidí amatores fácere, qui aut Nocti aút Dii
Aut Sóli aut Lunae míserias narránt suas:
Quos édepol ego credo húmanas querimónias
Non tánti facere, quíd uelint quid nón uelint;

---

emporuſ *reliqui* 6. Macci Titi ***R*** *Parerg. p. 21.* mactici ***B****: cuius scripturae mentionem Bentleianam (in Phorm. prol. 26) non intellexit Osannus Anal. p. 175, qui v. 5. 6 expungebat ut insiticios.* mattici ***CDF***. martici ***Z***. matii *libri Mureti l. s. s.* (*unde ille* M. Attii). Marci Accii *Pio duce Pylades.* Marci Attici *Bothius* 7. hinc meus me *Pius.* hic me meuſ ***CDF***. hic meneuſ ***B***. hic meuſ me ***Z***. *Fortasse* meus med hiuc *potius* rhodum ***FZ***. rhoduſ ***CD***. roduſ ***B*** 8. eſt *libri* poſtquam (abii) domo ***C*** 9. Ibi amare occepi *Gruterus.* Abii amare occepit ***B***. Abii occepi amare ***CD***. Occepi amare ***FZ*** 10. ea ut sim impiicitus *Lambinus.* eam ut ſim impiicituſ ***CD*** *(nisi quod* implicitoſ ***Da****).* eã ut ſit iupiicituſ ***B***. eam, ut ſimpiiciuſ ***F***. eam, ut ſimpliciter ***Z***. eam ſimpiicituſ *Nonius p. 176 de adverbio* simplicitus *somnians* ſlicam ***C*** si *om.* ***Z*** operae est *Bothius.* opera eſt *libri* 11. Atque aduerteudum ad *Acidalius.* Atque aduortendam ut ***BCDF***. Atque aduorteudum ut ***Z***. Atque ad uortendum huc *Pylades.* Atque ad aduerteudum *Camerarius.* Adque aduortendum huc ***R*** *Parerg. p. 18* auimuſ ***F*** 12. item *Muretus e suo quodam libro.* idem ***BDFZ***. ideſt ***C*** aiias *Bothius* comedliſ ***C*** 13. Vidi amatores ſacere *excusavi Parerg. l. s. s. et Proleg. Trin. p. CCII.* Vidi amoriſ ſacere ***BCDF***. Vidi amantiſ facere ***Z***. Amantis uidi facere *Pylades.* Vidi facere amatores *Camerarius* quia ***B***, *Servius in Aen. I, 636* uocti aut dii *Servius, Scioppius Susp. lect. I, 21.* noctu aut die ***BCDF***. nocti aut diei ***Z*** 14. miſeriaſ au uarraſ ſuaſ ***B*** 15. edepol ***R***. poi *libri* creduam *Reizius.* creduo *Bothius* humauas querimonias *Camerarius.* humauiſ querimoniaſ ***B***. humauiſ querimoniiſ *reliqui* *Numerorum concinnitati sic olim consulebam:* Quos quidem ego credo humanas pol querimouias 16. tanti ſacere] tacere ***B*** quid ueiint quid nou ueiint *Camerarius.* quid ueiin

Vobís narrabo pótius meas nunc míserias.
Nam amórem haec cuncta uítia sectarí solent:
Cura aégritudo nímiaque elegántia:
(Haec nón modo illum quí amat, sed quemque áttigit,
Magno átque solido múltat infortúnio;
Nec pól profecto quísquam sine grandí malo,
Prae quám res patitur, stúduit elegántiae:)
Sed amóri accedunt étiam haec, quae dixí minus:
Insómnia, aerumna, érror, terror ét fuga,
Inéptia atque stúltitia adeo et témeritas,
Incógitantia, éxcors inmodéstia,
Petulántia et cupíditas, maliuoléntia;
Inhaéret etiam auíditas, desidia, ínopia,
Iniúria, contumélia et dispéndium,
Paucíloquium, multíloquium. hoc eo fít quia,

---

uelintque non uelint **B**. quid uelint aut quid non uelint *reliqui* 18. uicia **C**. uitiaſ **B** 19. Curam egritudo **B**. Cura egr. **C** aelegautia **B**. eleganti **Da** 20. Hoc **Z**. Nec **F** non *sup. vers.* **C** illnmq; amat **C** illum modo qui *a Pylade est* quemquem *Scaliger* attingit **CD** 21. ſolitudo **B** mutat **B**. mulctat **FZ**. mactat *Lambinus* 22. grande **B** 23. Praeterquam **Z**, *non displicens Handio Turs. IV p. 527* stndnlt *Camerarius*. ſtudit **B**. ſtudet *reliqui* aelegantie **B** 24. quae] qnod **B** dixi minuſ **B**. diximuſ *reliqui, nisi quod* diximòſ **D** 25. erumna **BC** error terror et *Camerarius*. errore terrore **B**. error et terror et *reliqui* furga **B** 26. Ineptiae *Camerarius*. Inepties *Lachmannus* atque stultitia adeo **R**. stultitiaqne adeo *libri* temeritaſt **CD**. temerita ſt **B** 27. excors inmodestia] cupiditaſ et maliuolentia **Z**: *corr. Scutarius* Inmod., *non* Immod., **BC** 28. Petalantia **D** et cupiditaſ **BCD**. cupiditaſ **FZ**. cupiditas et *Pylades* male uolentia **B**. maliuolentia *reliqui* 29. Iuhaeret **C**. Inheret **DcFZ**. Ineret **BDa**. Haeret *Bothius* etiam *delebat Pareus tert., non male* deſidia **DcFZ**. reſidia **BCDa**, *a Grutero defensum*. uesidia *Palmerius p. 873* iuopia ‖ Inluria *Bergkius in Diar. antiq. a. 1835 p. 912*. ininria ‖ Inopia *libri*. *Vbi* incuria *Aeidalius* diſpendia **D** *ante corr.* 31. Paucilоqnium multiloquium **R**. Muitiloquium pauciloquium **Z**: *quod recte se haberet, si eo illud fit sequeretur*. M. pauciloquii **F**. M. paXloquium **D**.

Quae níhil attingunt ád rem nec sunt úsui,
Ea amátor profert saépe aduorso témpore;
Ac paúciloquium rúrsum idcirco praédico,
Quia núllus usquam amátor adeost cállide
Facúndus, quae in rem sínt suam, ut possít loqui.
Nunc uós mi irasci ob múltiloquium nón decet:
Eodém, quo amorem, Vénus mi hoc legauít die.
Illúc reuorti cértumst, ut coepta éloquar.
Princípio ut actas éx ephebis éxiit
Atque ánimus studio amótus puerilíst meus,
Amáre ualide coépi hinc meretricem. ílico

M. parũ loquium ***BC*** hoc eo ***R***. hoc ideo *libri.* ideo hoc *non placet* 32. Que ***B*** sunt usui || Ea amator ***R***: sunt usui, haec || Amator *Camerarius.* ſuut uidi || Tam amator ***B***. ſuut uſui di || Tam am. ***C***. ſuut' uidi || Tã am. ***D***. ſumptuſ uidet. || Tum am. ***FZ***. Tam *pro* tamen *esse voluit Bothius* profert saepe *Pylades*: profert ſe *'prisci codd.' Pii.* proferri ſepe ***BCDF*** *et, nisi quod* ſaepe, ***Z*** aduerſo ***FZ*** 34. Ac *Bothius.* Hoc *libri* rursum idcirco] ſumit circo ***B*** 35. uſquam ***B***. ũquam *vel* uuquã *reliqui* adeost callide *Camerarius.* adeoſ callide ***B***. adeo calliduſ ***CFZ***. adeo callīđ ***D*** 36. Facuudus, quae *Camerarius.* Facunduſque *libri* rem sint suam *Camerarius.* rem inſit ſua ***BC*** *et memet teste* ***D***. rem ſlt ſua ***Da***, rem fi͛t ſuã ***Dc*** *teste Brunnio.* rem inſlt suam ***FZ***. re inſit sua *codd. Pyladis* 38. Venus] ueñ ***C*** mihi hoc *Camerarius.* mihi hac ***B***. hac mihi ***CD***. hanc mihi ***FZ*** legaũ ***CD*** diem ***FZ*** Amor et Venus me hoc legaruut die *mire Scaliger* 39. reũti ***C***. reuerti *reliqui* certumst, ut coepta ***R*** *Parerg. p. 20.* certum et conata ***BDZ***. certum icouata ***C***. certum ẽ et couata ***F***. certum ut conata *Camerarius.* certum ut incohata *idem coni.* 40. ut aetas ex ephebis exiit ***R*** *ibidem (coll. Bacch. 152), Fleckeisenus Exerc. p. 37 sq.* atque auimus phoeb; etate exiit ***BDF*** *(nisi quod* phoeb' *et* aetate ***D***, phoebuſ ***F***). atque animuſ etate exiit · phoebuſ ***C***. atque animuſ ephebiſ aetate exiit ***Z***. ut ex ephebis aetate exii *Muretus Var. lect. XVIII, 9, iterum Acidalius.* atque aetas ex ephebis exiit *Dousa fil. Fallitur Handius Turs. I p. 473* 41. puerili est meus *Pylades.* puerileſt menſt ***B***. puerileſt meumſt ***D***. pueril;ſt mecũſt ***C***. puerileſt. Meum eſt ***F***. puerili Meuſ eſt ***Z***. puerili meust *Bothius* 42. coepit ***BCDF*** hinc *Bothius.* hic *libri* meritricem ***C***

Res éxulatum at fllam clam abibát patris:
Leno ínportunus, dóminus eius múlieris,
Vi súmma, ut quicque póterat, rapiebát domum.
Obiúrigare páter haec noctes ét dies:
Amórem multos ínlexe in dispéndium;
Intémperantem, [incógitantem,] iniúrium
Trahere éxhaurire mé quod quirem ab sé domo.
Perfídiam lenonum, íniustitiam exprómere:
Lacerári valide sŭam rem, illorum augérier.
Ratiónem pessumam ésse, ea quae ipsus óptuma

---

43. Res *Pius. om.* ***Z***. Rex *reliqui, idemque add. Scutarius* exultaū ***C*** at *pro* ad ***B*** clam abibat *Bothius*: abibat clam *Gulielmus.* iam abibat ***BCF***. iā bibit ***Da***, iā bibit ***Db***. iam adibat ***Z***. abibat iam *Pylades* 44. inp., *non* imp , ***B*** 45. summa ut quicque ***R***. fumat quicque ***CD***. fumat quoque ut ***B*** *a me collatus: a quo tamen item abesse* ut *Pareus testatur.* fumma quicque ***FZ***. summa quicquid *Saracenus.* summa quicque ut *Camerarius* rapib' ***B*** 46. Obiurigare ***R***. Obiurgaret ***B***. Obiurgare ***CDZ***. Obiurgat ***F*** pater haec *libri, nisi quod* hec ***B***. pater ob haec me *Pylades.* pater haec me *Camerarius.* haec pater me *Hermannus, Bothius* noſtef ***C*** 47—60 *sic collocandos putavi, qui nullo sententiarum ordine sic se excipiunt in libris:* 50. 51. 59. 60. 57. 58. 47—49. 52—56. *Quanquam non me fugit etiam alii ordini locum esse. Solum versum 47 inter 50 et 51 interponi Scaliger iubebat, cum ordinem in vet. cod. esse significans ut videtur* 47. illexe *Camerarius:* illexisse *Pylades.* inlexit ***B***. illexit *reliqui* 48. incogitantem ***R***. non modeſtum *libri (nisi quod* non modeſtum ñ modeſtū ***D***)*: quod interpretamentum est* intemperantem *vocis. Nisi* Intemperantem, [inmodicum, excordem,] iniurium *males* 49. Traheret ***B*** exhaurire *Camerarius.* exurire *libri* *Construe* trahere me quod exhaurire quirem quod] q' ***F*** querem ***B*** ad ***Z*** domo *Camerarius.* domum *vel* domū *libri.* domu *Kampmannus de AB praep. p. 26* 50. Perfidiam lenonum, iniustitiam ***R***. Perf. iniuſt. len. *libri.* Len. perf. iniust. *Bothius. Cf. Beckeri Qu. de com. Rom. fab. p. 109 sq.* iniuſticiam ***BF*** expromeret ***B***. exprimere ***Z*** 51. Lancinari *Stewechius in Appul. Met. p. 550 sq. Oud.* illorum ***R***. illiuſ *libri. Mutatum est post traiectos versus. Alioqui licebat* Lacerári suam rem, illíus valide augérier 52. Rationem pessimam esse, ea quae *Camerarius.* Rationem peſſumam ea eaq' ***B***. Ratione

Omnís labores ínuenisset pérferens,
Amóris ui diffúnditari ac dídier.
Conuítium tot me ánnos iam se páscere:
Quod nísi puderet, né luberet uíuere.
Conclámitare tóta urbe et praedícere,
Omnés timerent mútuitanti crédere.
Summo haéc clamore; intérdum mussans cónloqui
Abnúere: negitare ádeo me natúm suum.
Sese éxtemplo ex ephébis postquam excésserit,

---

pessuma eaque *reliqui* ipsius **B** 53. Omnis *pro* Omnes **B** Omnesque mores **Z** inuenisset **B**. inneniſſe **CFZ**. inuenis **Da**, inuenis° **Db** perferens *e coni. Scaligeri Lambinus: quod 'in veteribus' esse Muretus dixerat: idemque suasit Pistoris.* perferis **BC**. perferi **D**. perferis **FZ**. perferus *'codd. ant.' Pii* 54. Amoris ui diffunditari *Camerarius.* Mori sui difunditari **B**. Mores nidi funditari *reliqui, cum ras. post* Mores **C** didier *Gronovius.* diedere **CDZ**, *'codd. ant.' Pii.* dedere **F**. die heret **B**. deteri *Camerarius.* didere (*et* diffunditare) *Gulielmus omni perversa constructione verborum* 55. Conuitium **FZ**. Conuirium *vel* Coniurium **BCD**. commilcutum *et* commulcium *duo codd. Lambini.* Connicio *Pistoris* se pascere *Dousa Explan. III, 14: atque ita Bentleius in Hor. carm. I, 37, 9 ed. Amst.* si pasceret **CDZ**. si pascere **F**. sic pascere *post Pium Lambinus.* sic poscier *Pistoris.* si posceret *mira machinans Gulielmus.* mihi phascere (*et* so *pro* me) *Mureti 'veteres membranae', simul integro versiculo addito* Suisque ingratiis me uitam agere perperam 56. Quem *Pius* puderet, ne luberet *Pius.* luderet ne luberet **CDFZ**. luderet ne luderet **B** uiueret uiner& **B** 57. Conclamitaret **B**. Conclamare **Z** praedicaeret **B**. praedicare **Z** 58. timerent **B**. tenerent *libri.* cauerent *Lambinus.* renuerent *Guyetus* mutuitanti **B**, *'ex codd. ant.' Pylades, Camerarius in annot., Turnebus Advers. XVII, 3, Gulielmus.* mutu tanti **CD**. nutu tanti **FZ**. mutuanti *a Camerario editum, idemque Pareo teste* **B** 59. hoc **Z** mussans, conloqui *post Palmerium p. 750 (qui* mussas: *cf. Mus. Rhen. n. IX p. 305) Gruterus*: mussans loqui *Pius (unde profectus* mussans interdum loqui *transponebat Pylades, quod 'e sanctuariis bibliothecarum reposuisse' Turnebum Muretus narrat).* mussa čloqui **CD**. missa conloqui **B**. mussat loqui **FZ**. mihi se colloqui *Camerarius.* mussando loqui *Lambinus, Dousa Expl. III, 14.* summisse loqui *alii apud Lambinum* 60. Abnueret **B**. Abnugere **D** negitari adeo **CD**. necitaria deo **B** 61. exphebis **B**. ebi

Non, út ego, amori néque desidiae in ótio
Operám dedisse, néque potestatém sibi
Fuísse: adeo arte cóhibitum se esse á patre.
Multo ópere inmundo rústico se exércitum,
Nec nísi quincto anno quóque solitum uísere
Vrbem, átque extemplo inde, út spectauissét peplum,
Rus rúsum confestim éxigi solitum á patre.
Ibi múlto primum sése familiárium
Labórauisse, quom haéc pater sibi díceret:
'Tibi arás, tibi occas, tíbi seris: tibi itém metes,
Tibi dénique iste páriet laetitiám labos.'
Postquám recesset uíta patrio córpore,
Agrúm se uendidísse atque ea pecúnia
Nauém, metretas quaé trecentas tólleret,
Parásse, atque ea se mércis uectatum úndique

---

in ras. **C** excefferif **BCD** 62. Nonne nt ego mori **BC** *et, nisi quod* None, **D** infidiae **B** 63. dediffet **BCD** poteftam **CDFZ** 64. Fuiffet **B** arcte *Saracenus* se esse *Pylades.* effe *libri.* esse se *Camerarius, Bentleius in Andr. I, 1, 27.* sese *Gruterus.* essere *lepide Guyetus* 65. Multopere **Z** inmundo, *non* imm., **B**. immōdo **Z**. in mundo *Pylades, Meursius, Palmerius: dissentiente Gulielmo* ruftico fe *'vetusta exemplaria' Pii.* rufticofe **B**. rufticof *reliqui*

66. Neque *libri, nisi quod* Nequē **B** quicto **Ba**. quinto **Bb** *cum reliquis* solitum **R**. pofitum **BCDF**. posse tum **Z**. assuetum *Gulielmus.* potuisse *Guyetus* nifere] ē **B** anno posse inuisere *Scaliger* 67. peplum **BC**. poptu **D**. populnm **FZ** 68. rufum **B**. rurfum *reliqui* exigit **BCD** 69. Ibo **C** primnm sese *Pylades.* primum fe *libri.* plurimum fe *'vetus liber' Mureti* 70. Labor agiffe **B** qm̄ **B**. cnm *reliqui* 71. occas *Pylades.* occafuf **B**. occafif **CD**. occaffif **FZ** fārif **C**. erif **B** item *Guyetus.* eidem *libri* metef *'vetus' Mureti.* metif *libri* 72. ifti **B**. istic *Bothius.* ipsi *idem* let. **B**. labof **BF**. babof **C**. habef **D**. obef **Z**. labor *iam Saracenus* 73. recesset *Lambinus.* receffit *libri* corpora **B**

74. ea] a **C** 75. Nauē **B**. Nauim *reliqui* metetrafque **B** 'recentaf **C** 76. Paraffet **B** ea se mercis uectatum undique *cum lacuna unius versus (qui talis esse potuit:*

* * * * * . * *

Adeó dum, quae tum habéret, peperissét bona.
Me idém decere si, út deceret mé, forem.
Ego úbi ita uisum mĕo patri esse intéllego,
Atque ódio me esse quoí placere aequóm fuit,
Améns amansque [actútum] animum offirmó meum:
Dico ésse iturum mé mercatum, sí uelit;
Amórem missum fácere me, dum illi óbsequar.
Agit grátias mi atque íngenium adlaudát meum,
Et méa promissa nón neglexit pérsequi.
Aedíficat nauem cércurum et mercís emit:
Paráta naui inpónit: praetereá mihi

Abiísse in terras sólas orasque últumas

coll. Most. 995) **R**. eã femp fcif uectatum uudique **B**. eã femp cif uectatã uudique **CD**. eam femper cif uectatem u. **F**. eam femper eif uectatam u. **Z**. eapse mercis uectatum u. *Scaliger*, eapfe mercif effe fe *afferens e 'v. c.'* ea se in Persis uectatum u. *Gulielmus*. ea semet sic uectatum u. *Acidalius*. ea semper se iuuectatum u. *Bothius*. *Sine lacuna non poteris nisi sic:* ea se mercis uectasse undique: *quod fortasse non nimium in tanta corruptelą prologi* 78. quae tum *vetus liber Mureti, Dousa fil.* queſtum **Z**. queftum *reliqui* peperiffet **B**. peperiffe *reliqui* 79. decere si ut deceret *Pylades*. diceret fi ut diceret **BCD**. diceret fi ut deceret **FZ**. dicere fic (ut decerct) *'prisca exemplaria' Pil* 80. ubi ita uisum **R**. me ubi inuifum *libri* effet **B** 81. hodio **B** me esse *Parcus*. effe me *libri*, *nisi quod* effet **B**. esse ei me *Gruterus*, *quod ctlam minus placet quam* ei me esse quoi placere *Camerarius*. quod placeret *libri* aeqm̃ **B**. equũ *vel* ęquum *reliqui* 82. amafque **B** actutum auimum **R**. ut auimum *libri*. utut auimum *Pylades*. *Non placet* iám auimum 83. effet **B** mercatuf **B** 84. facerem edum **B** illà **D** 85. grates *Guyetus* Mihi grátias agit, íngeuium *poterit cui nimiae offensioni correpta in* agit *ultima fuerit* ingeui·um *cum rasura* **C** allaudat **CD** 86. Et **R**. Sed **BCFZ**. Si **D** nou exleit perfequi **B** 87. Edif. **C** nauem **B**, *Nonius p. 533*. uauim *reliqui* cercurum *Camerarius (et ante eum* circerum *Saracenus) e Nonio, ubi* cyrcerum *libri*. gubernatorum **B**. geraria **D**. gerariam *reliqui* mercef **FZ**, *Nonius* emit] fue **B** 88. Patra-

Taléntum argenti ipsús sua adnumerát manu:
Seruom úna mittit, qui ólim a puero páruolo
Mihi paédagogus fúerat, quasi uti míhi foret
Custós. his sic conféctis nauem sóluimus.
Rhodúm uenimus, úbi quas merces uéxeram
Omnís ut uolui uéndidi ex senténtia:
Lucrum íngens facio praéterquam mihi méus pater
Dedit aéstimatas mérces. ita pecúlium
Confício grande. séd dum in porta illi ámbulo,
Hospés me quidam adgnóuit, ad cenám uocat.
Venió, decumbo, accéptus hilare atque ámpliter.
Discúbitum noctu ut ímus, ecce ad me áduenit
Muliér, qua muliere ália nullast púlcrior:
Ea nócte mecum illa hóspitis iussú fuit.
Vosmét uidete, quám mihi ualde plácuerit:
Postrídie hospitem ádeo, oro ut uendát mihi:
Dico ĕius pro meritis grátum me et muném fore.

---

naui ***B***. *Num* Paratae naui? inp., *non* imp., ***B*** 89. ipsus sua *Camerarius.* ipſe ſua *libri. An* súa Ypsus? abnumerat ***BCD*** 90. Seruom *pro* Seruum ***B*** uana ***B*** a ***DbFZ***. *om.* ***BCDa*** paruulo *libri* 91. pedag. ***BC*** 92. his sic *Bothius.* iſſet ***BCD***. iſce ***F***. hiſce ***Z***. iisce *Camerarius* confeſtim ***FZ*** nauem ***B***. nauim *reliqui* 93. Rodum ***B*** merceſ *omnes* 94. Omneſ ***B*** 95. facio *'prisca exemplaria' Pii.* facto ***BCDFZ*** praeter [quam] ***C***. praequam *Salmasius* 96. merceſ *omnes* peculum ***B*** 97. [h] gde ***B*** illi ***BCD***, *Scioppius Susp. lect. I, 21.* ibi ***FZ*** 98. adgnouit ***B***. agnouit *reliqui* cenam ***B***. caenam ***CD***. coenam ***Z*** 99. ampliter *hinc excerptum in Gloss. Plaut.* 101. quã ***B*** muliere *Scaliger, Salmasius.* mulier *libri* nulla eſt ***BFZ*** pulchior ***C***. pulchrior *reliqui* 102. illi ***B*** hoſpiteſ [iſ] ***C*** iussu] uiſuſ ***Z***, *corr. a Scutario* 103. Voſ metui dete ***B*** *post* mihi *rasum in* ***C*** 104. r *in* Poſtridie *e corr.* ***C*** ora ***B*** 105. diceṇſ pro *Nonius p. 137* munem ***BCD***, *Nonius.* muniem ***Z***. memorem ***F***, *codd. Clericanus et Pithoeanus Lambini.* moenem *Palmerius*

Quid uérbis opus est? émi eam atque aduéxi heri.
Eam me áduexisse nólo resciscát pater.
Modo eám reliqui ad pórtum in naui et séruolum.
Sed quíd currentem séruom a portu cónspicor,
Quem náui abire uétui? timeo quíd siet.

ACANTHIO. CHARINVS.

ACANTHIO.

Ex súmmis opibus uíribusque usque éxperire: nítere,
Erus út minor operá tua seruétur. agedum, Acánthio,
Abige ábs te lassitúdinem: caue pígritiae praeuórtier.
Simul aútem, plenis sémitis qui aduórsum eunt, aspéllito:
Detrúde, deturba ín uiam. haec hic dísciplina péssumast:

---

p. 882 106. uerbis opus est] opuſ uerbiſ ***B*** emi eam ***R***, *Reizius*: emi *Pius*. mi ***B***. m̊i ***D***. mihi ***CZ***. dat mihi ***F***. *Minus placet* emi atque aduexi huc (*vel* huc aduexi) heri 107. refcitat ***B*** 108. tam ***C*** et] ut ***F*** feruulum ***C*** 109. quod ***C*** ferunm ***CDFZ*** 110. ue. tuite meo ***B*** fiet ***B***. fit *reliqui*

Act. I. Scaen. 2. ACHANTIO SERVVS. CHARINVS ADOLESCENS ***B***. ACHANTIO. CHARINVS ***DFZ***. *om.* ***C*** 112. agendum ***BCD*** achantio ***BCDF***: *et sic constanter* 113. Accepi abfte ***B*** pigritiae preuertier *codd. Pyladis: idemque iam Saracenus.* pigritiae praeuerterif *libri, nisi quod* pigric. ***CFZ***. praéuortare pígritiae *nescio an poeta dederit* *Sequitur in libris, quem nos fecimus v. 124* 114. plenis semitis ***R***. pleniffimetif ***CDF***. pieniffime (?) ***B***. pieniffime iif ***Z***. plenissime eos *Pylades.* '*alias* planissime, *alias* paenissime' *Lambinus.* eos paenissume *Guyetus.* eos plenissume *Bothius. Novi qui de* penitissume *cogitaret* aduerfum ***BCDF*** eruut *Acidalius* afpeiiite ***C***. afpelito ***Z***. cispellito *Palmerius: rectissime damnatum a Bentleio in Heaut. II, 3, 20* 115. Detrudetur iam in ***B*** hec ***B***. nam haec *Pylades* hic disciplina *Camerarius.* difcipiina hic *libri* peffumaft ***B***.

Cúrrenti, properánti hau quisquam dígnum habet decédere.
'Ita tres res simítu agendae súnt, quando unam occéperis:
Ét currendumst ét pugnandum et iúrigandum autem ín uia.

CHARINVS.

Quid illúc est, quod ille tam éxpedite exquírit cursurám sibi?
Curaést, negoti quíd sit aut quid núntiet.

ACANTHIO.

Nugás ago:
Qui quám resisto, tám res maxume ín periclo uórtitur.

CHARINVS.

Malí nescio quid núntiat: genua húnc cursorem déserunt.

ACANTHIO.

Perií: seditioném facit lien, óccupat praecórdia.
Simul énicat suspíritus: uix súffero hercle anhélitum.
Perii: ánimam nequeo uórtere: nimis níhili tibicén siem.

---

peſſima eſt *reliqui* 116. hau **R**. heu **B**. haud *reliqui* 117. Itreſ **B** res simitu *Brixius Qu. pros. p. 31 trochaicum describens.* ſimitu reſ **B** (*qui* ſimitureſ) *et Nonius p. 175.* ſimul reſ *reliqui. Iambicum tuetur Kampmannus de reb. mil. p. 34* una hocceperiſ *Nonius* 118. currendum est et *Scaliger, Guyetus.* currendum et *libri* pugnandum est *Guyetus* et iurigandum autem **R**. et autem iurigandum eſt **B**: et autem iurgandum eſt **CD**: *quod erunt qui Poenuli IV, 2, 19 defendant.* et ante iurgandum eſt **FZ**. et item iurgandum *Guyetus (ut Stich. 213)* · 119. illuc est **CDF**. illud eſt **BZ**. illuc *Bothius* 120. Curaest **R**. Curaſt **BCDF**. Cura eſt **Z** negotii **B**. negocii **FZ** nuntient **B** 121. Qui quam (*vel* Nam quam) **R**. Quam *libri* resisto, tam res maxume **R**. reſiſto tam maxime reſ *libri, nisi quod* reſ iſto **B**, maxume **F**, maximę **Z**. maxime resisto, tam reſ *Pylades. De* Quom resisto, tum res maxume *cogitare noli* periculo **FZ** 122. genua . . . deserunt *CHARINO continuavi: ACHANTIONI libri tribuunt* 123. lien] *cf. Hermannum praef. Bacch. p. VI* 124. *huc reposui, qui in libris post v. 113 est. Post v. 122 collocabat Scaliger, post 125 Scriverius* enicat suspiritus **R**. emicat ſuſpirituſ **B**. enicat ſpirituſ *reliqui.* emicato susp. *Camerarius.* enicato susp. *Dousa Expl. IV, 14.* enica susp. *Bothius* 125. nertere *libri* nummiſ '*prisca exemplaria*' *Pii*

Numqum édepol omnes bálineae mi hanc lássitudinem éximent.
Domín' an foris dicam ésse erum Charínum?

CHARINVS.

Ego animi péndeo,
Quid illúc negoti sít. lubet mi adíre huc, ut sim cértior.

ACANTHIO.

'At etiam asto? at étiam cesso fóribus facere hisce ássulas?
'Aperite aliquis. úbi Charinus érus est? dominest án foris?
Num quísquam adire ad óstium dignum árbitratur?

CHARINVS.

Écce me,
Acánthio, quem quaéris.

ACANTHIO.

Nusquamst dísciplina ignáuior.

---

nihili tibicen siem *Camerarius.* nihil tibi cenſiem *libri* 126. balneae **FZ** eximeant **B** *Sequitur in libris v. 137* 127. Ergo *Bothius* 128. illuc **CDF**. illud **BZ** negoti sit *Acidalius.* ſit negoti *libri, nisi quod* negotii **B**, negocii **FZ** mi adire huc ut **R**. ſcire me ex hoc metuit **B**. ſcire me ex hoc metu ut **CFZ**. ſcire me ex hoc tu ut **Da**: *ubi* hoc^me^tu **Db**. scire me ex hoc, ut *Pylades.* scire ex hoc me, ut *Acidalius. Fuit cum placeret* scitari hinc, ut *vel* seruare hunc, ut sim certior *Camerarius.* ſim certuſ *libri* (cert' **B**). *Non videtur defendi posse* certus ut siem. *Praeterea offensioni est* sim: *quo adducor ut sic scripsisse poetam suspicer*: lubet mi adire, ut fiam certior 129. Ad **D** aſto at **BD**. aſ ſtro at **C**. aſſiſto at **Z** *et, nisi quod* ac, **F** hisce assulas *Camerarius.* hiſ caſſulaſ **BCD**. hiſ caſulaſ **F**. hiſ aſſulaſ **Z** 130. carinuſ **D**. charinū **B** erus est **R**. ſeruuſ **B**. eruſ *reliqui* domin eſt an **C**: domine est an *Pylades.* domine ſtant **B**. domiſ eſt an **D**. domi eſt an **FZ** foreſ **B** 131. hoſtium **DFZ** 132. queriſ **BC** nuſquamſt **CDF**. n. eſt **BZ** 133. *sqq. sic reconcinnavi, quorum in* **B**. *haec species*:

CHA. Que te reſ maia agitant? ACH. multa ececte atque me.
CHA. Quid eſt negotii? ACH. perimuſ.
CHA. Principium inimiciſ dato.
ACH. At tibi ſortito id optigit.
CHA. Loquere id negotii quicquid eſt. ACH. placide uolo adquieſcere.

CHARINVS.

* *

ACANTHIO.

* *

CHARINVS.

Quae té malae res ſta agitant?

ACANTHIO.

Multae hércle temet átque me.

CHARINVS.

Quid ést negoti?

ACANTHIO.

Périimus.

CHARINVS.

Princípium id inimicís dato.

ACANTHIO.

At tíbi sortito id óptigit.

CHARINVS.

Loquere íd negoti quíd siet.

ACANTHIO.

Placidé: uolo adquiéscere.

CHARINVS.

At tu édepol sume láciniam atque abstérge sudorém tibi.

Eadem tertii quartique versus in **CD** *descriptio. A* **B** *reliqui sic discrepant:* 1. malę reſ **D**. male reſ **CFZ**. res malae *iam Scaliger* multae ere te atque **CD** *et, nisi quod* here, **FZ** 2. negoti **D** *et e corr. m. pr.* **C** 4. obtigit **DFZ** 5. quid eſt **Z** acqu. **FZ** *Longe alia molitus est Fleckeisenus Exercit. p. 28 Primus versus talis fere fuit:*

[Cʜ. Non mé uides? Ac. ah sálue, ere.] Cʜ. quae té malae res ſta agitant?

135. id (*vel* hoc) *add. Lachmannus* 136. quid siet **R** placide: uolo *sic interpunxit Gulielmus* 137. *huc transposuit Bothius, in libris scriptum post 125; post 126 Acidalius* ſume **B**, *Pylades.*

ACANTHIO.

Tua caúsa rupi rámices: iam dúdum sputo sánguinem.

CHARINVS.

Resínam ex melle Aegýptiam uoráto: saluom féceris.

ACANTHIO.

At édepol tu calidám picem bibito: aégritudo abscésserit.

CHARINVS.

Hóminem ego iracúndiorem quám te noui néminem.

ACANTHIO.

'At ego maledicéntiorem quám te noui néminem.

CHARINVS.

Sín, saluti quód tibi esse cénseo, id consuádeo?

ACANTHIO.

'Apage istiusmodí salutem, cúm cruciatu quae áduenit.

CHARINVS.

Díc mihi, an boní quid usquamst, quód quisquam uti possiet
Síne malo omni, aut né laborem cápias quom illo utí uoles?

ACANTHIO.

Néscio ego istaec: phílosophari númquam didici néque scio.
Égo bonum, malúm quo accedit, míhi dari hau desídero.

---

fume tibi *reliqui* 138. *sqq. tractavit Rostius Opusc. p. 255 sqq.* ramicef *Nonius p. 166,* **FZ**. ramitef **B**. tramitef **CD** iam dudum] atrum dum *Nonius: quo cave abutare ad* atrum iam *commendandum* 139. aegiptiam **B**. egyptiam **C** *in* uorato *ultimam e corr.* **D** faluom *pro* faluum **B** 140. edepol tu *libri.* tu edepol *Camerarius* 141. ego **B**. *om. reliqui* 143. Sin (*h. e.* siue) **BCDF**: *et sic Bentleius in Eun. V, 4, 18.* Sim **Z**. Si *Bothius.* Quin *Guyetus* 144. cum *Pylades. om. libri* cruciatuque **B** 145—148 *valde dubitandum num Plautini sint* 145. eft **FZ** quo *'prisca exemplaria' Pii* possiet *Camerarius.* poffit *libri, etiam Pii* 146. aut] ut *Guyetus* cum *libri* ut uiolef **FZ** *et ut puto* **D** *Ceterum* capiat *et* uolet *exspectes potius* 147. philofopharinū quam **B** 148. quod **B** accidit **C** haud *libri*

CHARINVS.

Cédo tuam mihi déxteram: agedum, Acánthio.

ACANTHIO.

En, dabitúr: tene.

[CHARINVS.

[Vín tu te mi esse óbsequentem, án neuis?

ACANTHIO.

Operá licet

Éxperiri, quí me rupi caúsa currendó tua,
Vt quae scirem, scíre actutum tíbi liceret.

CHARINVS.

Líberum

Tíbi caput faciám cis paucos ménsis.

ACANTHIO.

Palpo pércutis.

CHARINVS.

Égon' ausim tibi úsquam quicquam fácinus falsum próloqui?
Quín iam, priusquam sim éloqutus, scĭas si mentirí uolim.

---

149. mihi tuam **B** dexteram *Saracenus.* dextram *libri* agendum **BCD** em **B**. hem **CD** 150—165 *vix dubitandum quin non sint eiusdem vel poetae vel recensionis. In quibus longe ineptissimi v. 158. 159. 162, ut taceam alia* 150. te mihi esse obsequentem *Camerarius*: mihi te obsequentem esse *Pylades.* te mihl obsequeutem esse *Scaliger.* te mihi obeſſe ſequentem *libri. Quam nimirum tmesim interpretantur* mi ob esse sequentem anne uiſ **B**. neuis *ut adverbium hinc excerptum in Gloss. Plaut.* qui] quam **B**: *unde* qua *Camerarius,* quoniam *Gruterus,* quom *fortasse alii* 152. que **B** 153. Tibi caput *Scaliger, Guyetus.* Caput tibi *libri, nisi quod* Capud **B** cis paucos *Gruterus*: paucos cis *Aeidalius.* paucoſ *libri.* paucis post (*et* mensibus) *Lambinus* menſeſ **F** palpo percutit *affert Nonius p. 163* 154. egom **Z** Ego nauſ•im **B** 155. Quid **F** ſim **FZ**. ſum **BCD** eloquituſ **B**, *h. e.* eloqutuſ *scriptura per maximam partem saeculi ab u. c. septimi frequentata.* elocutuſ *reliqui* scias si **B**: scis sl *Camerarius.* ſciſſet **B**. ſciſſe *reliqui* uolim **B**. uolo *libri, quod e v. 158*

ACANTHIO.

Ah,

Lássitudinem hércle uerba túa mihi addunt: énicas.

CHARINVS.

Sícine mi obsequéns es?

ACANTHIO.

Quid uis fáciam?

CHARINVS.

Tun'? id quód uolo.

ACANTHIO.

Quíd id est igitur quód uis?

CHARINVS.

Dicam.

ACANTHIO.

Díce.

CHARINVS.

At enim placidé uolo.

ACANTHIO.

Dórmientis spéctatores métuis ne ex somno éxcites?

CHARINVS.

Vaé tibi.

ACANTHIO.

Tibi équidem a portu adpórto hoc.

CHARINVS.

Quid fers? díc mihi.

---

irrepsit 156. ah **DFZ**. Ach **C**. ha **B**. *In fine superioris versus collocant omnes* 158. ACANTHIONI *continuant libri, personas permutantes usque ad v. 161. Correxit Aldina (Iuntina)* ficine **CDF**. fitiine **B**. ficcine **Z** tum id **BZ**. *corr. Pylades* 159. id est *Bothius*: est id *Pylades*. eſt *libri* placidē **B** 160. ex] e **Z** 161. ue **C** eqidem **C** a] ad **B** porū **C** apporto **CDF**

ACANTHIO.

Vím, metum, cruciátum, curam iúrgiumque atque ínopiam.

CHARINVS.

Périi, tu quidém thensaurum huc mi ádportauistí mali.
Núllus sum.

ACANTHIO.

Immo es

CHARINVS.

Scío iam, miserum díces.

ACANTHIO.

Tu dixtí.

CHARINVS.

Taces?

Quíd istuc est malí?

ACANTHIO.

Ne rogites: máxumum infortúniumst.]

CHARINVS.

'Obsecro, dissólue iam me: nímis diu animi péndeo.

ACANTHIO.

Hóc sis uide, ut palpátur: nullust, quándo occepit, blándior.

---

hec **F** 162. uin **F** iurgium atque **FZ** *et ut puto* **D** 163. Perii *Saracenus.* Per **C**. Peri *reliqui* thefaurum **BFZ** huc **B**. hunc *reliqui* mihi *om.* **DFZ** adp. *pro* app. **B** 164. dixti Cha. taces? **R**. dixi g̊ tacef **B**: *unde* dixti. Cha. ergo taces *Camerarius.* dixti ego taceo **C**. dixi ego taceo **D**. dixifti. ego taceo **FZ**. dixi ergo tacens *(sine* tu *puto) Beckerus de com. fab. p. 26.* dixisti: ego taceo *Bothius octonarium describens.* dixti, haud ego (*vel* ego nihil) *ascripsit aliquando Lachmannus* 165. maxum. *pro* maxim. **B** eft *libri* 166. dissolue] te, absolue *Scaliger (nisi quod* ted *scripsit)*: *fortasse vere* iamne **B** 167—170 *hoc ordine Meursius.* 169. 168. 167. 170. 167 (*sic iterato* 167) **B**. 169. 168. 167. 170 *reliqui* 167. sis *om. Guyetus.* fi **B** *priore loco* palpatur **B**. palpator *reliqui* nuliuf ft **B** nulluf eft

CHARINVS.

Hércle uero uápulabis, nísi iam loquere aut hínc abis.

ACANTHIO.

Plácide: multa exquírere etiam prímus uolo quam uápulem.

CHARINVS.

Obsecro hercle oróque ut, istuc quíd sit, actutum índices:
Quándoquidem mihi súpplicandum séruolo uideó meo.

ACANTHIO.

Támne indignus uídeor?

CHARINVS.

Immo dígnus.

ACANTHIO.

Equidem crédidi.

CHARINVS.

Obsecro, num náuis periit?

ACANTHIO.

Sáluast nauis: né time.

CHARINVS.

Quíd alia armaménta?

ACANTHIO.

Salua et sána sunt.

CHARINVS.

Quin tu éxpedis,
Quíd siet quod mé per urbem cúrrens quaerebás modo?

---

reliqui 168. Hercule **C** nifiaiam **B** habif **Ba** 169. exquirier *Bothius* uapules *Pistoris* 170. hercule **C** 171. quando qd' **Z** feruolo *pro* feruulo **B** 172. Tamne *Lachmannus.* Tandem *libri.* Tamde *post Lipsium Bothius* 173. perit **FZ** falua eft **Z** teme *ante corr.* **C** 174. ornamenta **B** saua] sarta *Lambinus* ~funt ~et faua **D** 175. siet te quod *Gronovius im-*

ACANTHIO.

Tú quidem ex ore orátionem mi éripis.

CHARINVS.

Taceó.

ACANTHIO.

Face.

Crédo, si boní quid ad te núntiem, instes ácriter,

Quí nunc, quom malum aúdiendumst, flágitas me ut éloquar.

CHARINVS.

'Obsecro hercle te, ístuc ut tu míhi malum faciás palam.

ACANTHIO.

Éloquar: quandóquidem me oras. túus pater

CHARINVS.

Quid méus pater?

ACANTHIO.

Túam amicam

CHARINVS.

Quíd eam?

ACANTHIO.

Vidit.

CHARINVS.

Vídit? uae miseró mihi.

Quí potuit uidére?

---

prudens quer. ***BC*** 176. eripis. CH. taceo. AC. face (*ut alibi* fac modo) ***R***. eripiſ. CH. taceo. AC. tace ***BCDF***. eripiſ. CH. taceo. AC. taceo, *simul autem* modo *pro* credo, ***Z***. eripis. taceas face *Bothius*
177. quid boni ***C*** i *in* quid *e corr.* ***B*** 178. quin hunc ***DF***. quin nunc ***Z*** qm̃ ***B***. cum *reliqui* audiendumſt ***CD***. audiendum ſi ***B***. audiundumſt ***Z***. audiunduſt ***F*** *et quod mirere* ***E*** 179. hecle ***C*** ut ***B***. nti *reliqui* palum ***B*** 180. meocraſ ***B*** 181. tãm ***D*** quidam ***B*** Túam amicám — Quid eám nam? — Vidit *Reizius*. *Vide Proleg. Trin. p. CCIX* ue ***C*** *Sequitur in libris v. 185*
182. nidere potuit *Reizius*. potuit eam uidere *Pylades*, *qui debebat saltem*

ACANTHIO.

Oculis.

CHARINVS.

Quó pacto?

ACANTHIO.

Hem, hiántibus.

CHARINVS.

Quín abi hinc dieréctus. nugare ín re capitalí mea.

ACANTHIO.

Quí malum ego nugór, si tibi, quod mé rogas, respóndeo?

CHARINVS.

Hóc quod te rogó, responde.

ACANTHIO.

Quín tu si quid uís, roga.

CHARINVS.

Cérten uidit?

ACANTHIO.

Tám hercle certe, quám ego te aut tu mé uides.

CHARINVS.

'Vbi eam uidit?

---

potuit uidere eam   pacto? Ac. hém hiantibus ***R***. pacto? Ac. hiantibuſ *libri*. pacto, inquam? Ac. hiantibus *Reizius*. *Licebat etiam* pacto autem. *Contra* nam quo pacto *Schneiderus gramm. lat. I p. 151,* sed q. p. *Lachmannus*   183. Quin abi hinc dierectus ***R***. In hoc die rectuſ ***B***. i hinc dierectuſ ***C***. hinc dierectuſ ***DFZ***. Abi hinc dierectus *Pylades*. In' hinc d., *simul* nugaris, *Bothius*   capitalia ***B***   184. ego• *cum ras.* ***B***   quod me] quid ***Z***   reſpondebo ***B***   185 *huc transposuit Acidalius, in libris scriptum post v. 181*   rogo ***R***, *Reizius, ut in simillimo v. 215: quorum tamen neutro videmur carere posse.* interrogo *libri*   resporde ***Ca***   186. Centen ***Da***. Certon ***F***, *Scaliger*   ted *Guyetus, Reizius.* nunc te *Pylades*   aut ***BC***. ac *reliqui*   187. eam? ACH. uidit intuſ ***B***   nauem ***B***. nauim *reliqui*   nam ibi ***R***. ut *libri.* uti

ACANTHIO.

Intus intra náuem. nam ibi prope ástitit
Ét eum ea confábulatust.

CHARINVS.

Pérdidisti mé, pater.
Ého tu, eho tu, quín cauisti, ne ĕam uideret, uérbero?
Quín, sceleste, eam ábstrudebas, né eam conspicerét pater?

ACANTHIO.

Quía negotiósi eramus nóstris nos negótiis:
'Armamentis cónplicandis, cónponendis stúduimus.
Dum haéc aguntur, lémbo aduehitur túus pater pauxíllulo,
Néque quisquam hominem cónspicatust, dónec in nauím subit.

CHARINVS.

Néquiquam mare súbterfugi, saéuis tempestátibus
* * * * * *
Équidem me iam cénsebam esse in térra atque in tutó loco:

Camerarius prope **B**. prorę **CZ**. prore **DF**. prorae *tuetur Scioppius Susp. lect. I, 21* affiftit **D** 188. confabulatuf eft *libri* 189. ebo tu eho tn **CDF**. eo tu eo tu **Z**. Eho tu hoc **B**. Et tute! ebo tu (*et antea* perdidistis) *Bothius* quin *om.* **B** ne **B**. neue *vel* ne ue *reliqui* uerber **C** 190. fcleftie **C** eam abstr. **R**, *Lachmannus.* abftr. *sine* eam *libri* abstrudebas sceleste *Guyetus* 191. negoc. **C** *bis* nostris nos *Bothius, Lachmannus.* nof noftrif *libri*

192. complicandis, componendis *Camerarius.* cōplicandif et cōponendif *libri.* componendis et complicandis *Pylades* studuimus] tumicibus *Scaliger in Festum v.* Thomices: *'sed de eo amplius in editione Plautina' addens* 193. hec **B** anguntur **F** lempo **C** paxillulo *hunc v. afferens Nonius p. 534* 194. confpicatuf donec **B** nauim subit *amicus Acidalii.* naui super *libri*: *quod qui defenderunt, debuerunt saltem* naulst super 195. Nequicquam **Z**. Neque quicquam **F** maris (*vel* mari') *Bothius* fubt' atuif temptatibuf **B** 196. *Intercidit talis fere versiculus*:

'Adflictatus múltum, summis me éxemi ex perículis.

197. Et quidem **C** me iam cenfebam **C**. meo iam cenfebam **B**. iam me cenfebam **DFZ**. iam censebam me *Bentleius in Phorm. IV,*

Vérum uideo me [íterum] ad saxa férri saeuis flúctibus.
Lóquere porro, quíd sit actum.

ACANTHIO.

Póstquam aspexit múlierem,
Rógitare occepít, quoia esset.

CHARINVS.

Quíd respondit?

ACANTHIO.

Ilico
'Occucurri atque ínterpello: mátri te ancillám tuae
Émisse illam.

CHARINVS.

Vísusnest tibi crédere id?

ACANTHIO.

Etiám rogas?
Séd scelestus súbigitare occépit.

CHARINVS.

Illamne óbsecro?

ACANTHIO.

Mírum quin me súbigitaret.

CHARINVS.

Édepol cor miserúm meum,

4, 8 terrã ***DFZ*** toto ***Da*** 198. me iterum ad ***R*** *coll. Most. 677 (quanquam* Verum iterum me uidco *magis etiam placiturum sit).* me ad *libri, nisi quod* me uideo ad *transponit* ***Z***. med ad *Guyetus.* me hic ad *Lachmannus* ferrif emf ***B*** feuif ***C***. *Ceterum displicet iteratum* saeuis 199. actum ***B***: *idque 'alibi legi' Pius scribit.* actutum *reliqui* 200. cuia *Rittershusius, Scaliger, Scioppius Susp. lect. I, 21.* cui ***B***. cui' ***D***. cuiuf ***CFZ*** quif ***Z*** 201. Occucurri *Camerarius.* Occurri *libri* matrie anc. ***B*** 202. uisusne est *Bothius.* uifunt ***B***. uifum *reliqui.* uisus *Pylades.* uisust *Camerarius* 203. fubigitari ***B***. fubagitare ***FZ*** *(item v. proximo)* 204. quid me fubigitaret *Nonius p.*

Quód guttatim cóntabescit, quási in aquam indiderís salem.
Périi.

ACANTHIO.

Hem, istuc únum uerbum díxisti uerissumum.

CHARINVS.

Stúltitia istaec ést. quid faciam? crédo, non credét pater,
Sí illam matri mĕae me emisse dícam. post autém mihi
Scélus uidetur, mé parenti próloqui mendácium.
Néque ille credet néque credibilest fórma eximia múlierem
Mĕae me emisse ancíllam matri.

ACANTHIO.

Nón taces, stultíssume?
Crédet hercle: nám credebat iám mihi.

CHARINVS.

Metuó miser,
Né patrem prehéndat, ut sit gésta res, suspítio.
Hóc quod te rogó, responde quaéso.

ACANTHIO.

Quaeso quíd rogas?

CHARINVS.

Núm esse amicam súspicari uísus est?

---

401 meum miferum **C** 205. quo *Nonius p. 115.* quidem **Z**: *corr. Pylades* guttatim *hinc Gloss. Pl.* aqua *Nonius p. 115 et p. 223* 206. em **B** ueriffimum *libri* 207. Stultitia istaec est *CHARINO Pylades tribuit: ACHANTIONI continuant libri. Dubitat Lomanus p. 53* Stulticia **BCF** iftec **C** cedo *'prisca exemplaria' Pii. Vnde* quid faciam, cedo. nam non *Pylades. Cf. Sciopp. Susp. lect. II, 21* 208. meae me *Acidalius.* meae *libri* ęmiffe **Z** 209. mendatium **BC** 210. exumia *ante corr.* **C** 211. Meae me *Lomanus l. s. s.* Eam me *libri* ftultiffime *libri* 213. prendat **FZ** fit, *non* fi, *libri* fufpitio, *non* fufpicio, **BC**. suspectio *Salmasius* 214. responde quaeso. Ac. quaeso quid **R**. refponde. Acn.

ACANTHIO.

Non uísus est.

Quín quicque, ut dicébam, mihi credébat.

CHARINVS.

Verum, ut tíbi quidem

Vísus est.

ACANTHIO.

Non, séd credebat.

CHARINVS.

Vaé mihi misero: núllus sum.

Séd quid ego hic nunc lámentando péreo, ad nauem nón eo?

Séquere.

ACANTHIO.

Si istac íbis, commodum óbuiam ueniés patri.

Póste, quom te aspíciet timidum esse átque exanimatum, ílico

Rétinebit, rogitábit unde illam émeris, quanti émeris:

Tándem temptabít te.

CHARINVS.

Hac ibo pótius. iam censés patrem

'Abiisse a portú?

---

quaefo quid *libri.* responde quaeso. Ac. quid *Pistoris* 215—217 *sic solus* **B**. *Quae mediis elapsis sic contrahunt reliqui*: num effe amicam fufpicari uifuf eft? ACH Non fed credebat 217. ue **BC** mihi om. **FZ** 218. nunc lam. *Bothius.* in lam. *libri.* elamentando *Bothius nuper* nauem **B**. nauim *reliqui* 220. Poste, quom te aspiciet **R**: *nisi vel* Poste te ubi *vel* Postea, ubi te *malueris. Vide Mus. Rh. nov. VII p. 570.* Poftea afpicite **B**. poftea afpicit te **CD**. poftquam afpiciet te **FZ**. Posteaquam aspiciet te *Camerarius* exanimatu **B** 221. illa menerif **B** 222. Tandem **R**. Timidum *libri* tentabit **FZ** hac *libri.* quin hac *Pylades* Timidum *voce deleta* Tentabit te. CH. quin hac *Reizius et* Te tentabit *transponens Bothius* ibi **B** 223. abiiffe **Z**. Abiffe *reliqui* quin ea ego huc *Camerarius.* quine ego huc **B**.

ACANTHIO.

Quin ea ego huc praéeucurri grátia,
Né te opprimeret ínprudentem atque éleetaret.

CHARINVS.

'Optume.

DEMIPHO.

Mirís modis di lúdos faciunt hóminibus
Mirísque exemplis sómnia in somnís danunt.
Velút ego nocte hac quaé praeteriit próxuma
In sómnis egi sátis et fui homo exércitus.
Mercári uisus míhi sum formosám capram.
Ei né noceeret, quám domi ante habuí capram,
Neu díscordarent si ámbo in uno essént loco,
Postérius quam mercátus fueram, uísus sum
In eústodelam símiae concrédere.
Ea símia adeo póst haud multo ad mé uenit,

---

quin ego hac *reliqui* 224. oprimeret **Z** inpr., *non* impr., **B** electaret **B**: *defensum a Gulielmo, Dousa Expl. III, 14.* eiectaret *reliqui.* eluctaret *Lambinus* opportune **Z**. optime *reliqui*

Act. II. Scaen. 1. DEMIPHO SENEX **BCFZ**. *om.* **Da**. DEMIFO SENEX **Db** 225 *sqq. De his, quae Rudentis III, 1 redeunt, dixi Philologi I p. 306* 225. 226 *affert Donatus in Andr. II, 5, 19, omittens* di d *in* ludoſ c *corr.* **D** 226. omnia *Donatus.* omina *Passeratius in Propert. IV, 4, 21* inſomniſ **Z**: *distinxit Gruterus* danunt *Pylades.* clamaut **B**. donant *reliqui. om. Donatus* 227. praeterit proxima **Z** proxuma in ſomniſ ‖ In ſomniſ egi **CD** ful **B** 229. mihi uiſuſ ſum **Z**. uiſuſ ſum mihi **F** 231. ſi **Z**. niſi *reliqui* ambo **BZ**. ambę **C**. ambe **DF** in uno] nunc **B** 232. fueram] fui eam *Bothius* 233. custodelam *Gruterus.* cuſtodiam *libri.* custodiam eam *Camerarius* simiae concr.] ſi aecongredere **B**

Male míhi precatur ét facit conuítium:
Ait sése illius ópera atque aduentú caprae
Flagítium et damnum fécisse haut medíocriter:
Dicít capram, quam déderam seruandám sibi,
Suae dótem uxoris ámbadedisse. óppido
Mihi illúd uideri mírum, ut una illaéc capra
Vxóris dotem símiae ambadéderit.
Instáre factum símia atque hoc dénique
Respóndet: ni illam próperem ab sese abdúcere,
Domúm se ad uxorem íntro ducturúm meam.

---

235. conuicium *solus* **C** 236 *sqq. sic scripti sunt in* **B** *(de quo dixi Parerg. I p. 489):*

Ait ſe illiuſ caprã epera atque aduentu caprae Flagitium et damnum feciſſe haud mediocriter.

Dicit capram quam dederam ſeruaudam ſibi Suae uxoriſ dotem ambae dediſſe oppido

et sic porro; a uersu autem 244 sic:

At me domum Intro ad uxorem ducturum moam Aſt non habere cui cemmendarem capram.

Atque eppido hercle bene uelle illi uiſuſ ſum Qued agiſ quid facerem cura cruciabar miſer:

post quae rursum sic pergit:

Intere heduſ ad me uiſuſ eſt adgredirier Inſlt mihl predicare ſeſe ab ſimia

eodemque ordine porro. Vnde caussa perspicitur, cur etiam in **CDFZ** *inversus sit versuum 245. 246 ordo* 236. ſeſe illiuſ epera **CDFZ** 237. flagiclum et dampnum **C** haut *pro* haud **D** 238. dederat **F** 239. dotem uxoris *Hermannus, Bothius.* uxoriſ dotem *libri, nisi quod* dete **C** ambadedisse *Camerarius.* ambediſſe **DFZ**. ampediſſe **C** 240. Mi illuc *Bothius* ut una ancilla et una capra **B** 241. dotem slmiae *Hermannus, Bothius.* ſimiae dotem **CDFZ**. ſimia dote **B** ambadederit *Camerarius.* ambederit **CDFZ**. dederit **B** 242. inſtare factum ſimia *affert Donatus in Andr. I, 1, 120* denique] *vide Handium Turs. II p. 277* 243. Reſpondit **Ba** illam properem **R**. properem illam *libri* 244. *Sic* **R**: *quanquam scio etiam alias emendandi vias patere.* Ad me domum intro ad uxorom ducturum moam *libri, nisi quod* At **B**, meum **CDa**. *Vbi* íntro dómum ad uxórem *Guyetus,* domum ad úxerem íntro *Bothius*

Atque óppido hercle béne uelle illud uísus sum,
Ast nón habere quoí commendarém capram:
Quo mágis, quid facerem, cúra cruciabár miser.
Intérea ad me haedus uísust adgredírier.
Infít mihi praedicáre, sese ab símia
Capram ábduxisse, et coépit inridére me:
Ego ením lugere atque ábductam illam aegré pati.
Hoc quam ád rem credam pértinere sómnium,
Nequeo ínuenire. nísi capram illam súspicor
Iam me ínuenisse quaé sit aut quid uóluerit.
Ad pórtum hinc abii máne cum lucí semul.
Postquam íd quod uolui tránsegi, ibi ego cónspicor
Nauem éx Rhodo, qua herist aduectus fílius.
Conlúbitumst illuc míhi nescio qui uísere.

---

245. 246 *hoc ordine Gulielmus: inverso libri* illud *Bothius.* illi *libri* 246. *de* ast *vide Parerg. I p. 516* cui *libri* *Totus versus insiticius visus Guyeto* 247. Quo magis **A**, *Camerarius.* Quod agis **BC**. Quid agis **DFZ** 248. ADMEHAEDUS **A**, **Z**. ad me hedus **CD** *et, nisi quod* edus, **F**. hedus ad me **B** UISUST **A**, **DZ**. uis *cum lacuna* **C**. uisus est **BF** adgredirier **B**. aggredirier **CDZ** *et ut videtur* **A**. aggredier **F** 249. pred. **BC** 250. ADDUXISSE **A** cepit **B** INAIDEREME **A**. irridere me **CDFZ**. abductam conquiri iuridere me **B**, *sed lineola subter* abductam conquiri *ducta m. ant.* 251. ludere **B** ABDUCTAMILLAMAEOREPATI **A**. abductam conquiri **B**. illam abductam conqueri *reliqui* 252. quam] quod **B** pertineres omnium **B** 254. quesit **B** 255. Nam ad *fuit fortasse* HUNC **A** luci *Camerarius.* luce *libri.* lucu *Pylades* semul **CDF**. simul **B**. semel **Z** 256. ID **A**. id hic **B**. hic id *reliqui*, *Scioppius Susp. lect. I, 21.* illic *Camerarius.* hic *vulgo. om. Pareus* ibi **R**. lul **A**, *quod* IBEI *interpretor.* atque *reliqui* 257. Nauem **B**, *Priscianus XV p. 1008 (t. I p. 618 Kr.).* Nauim *reliqui* exrodo **B**. ex rhodio **F** qua heri est *Camerarius.* quast heri **B**. qua est heri *reliqui*, *Priscianus (e cuius cod. Vallicell. R. 32 enotavi olim* quem eheri). *De* **A** *non liquet. Fortasse fuit* qua heri huc aduectust filis **B** 258. Conlibitum est **BCZ**. collibitumst **D**. collibitum est **F**. CONLIB — *etiam* **A** illuc *Gulielmus, Scaliger, Bentleius in Eun. V, 8, 26.* illud **CDFZ**.

Inscéndi in lembum atque ád illam nauem déuehor:
Atque ílli aspicio fórma eximia múlierem,
Filíus quam aduexit méus matri ancillám suae.
Quam ego póstquam aspexi, nón ita ut saní solent
Amó, sed eodem pácto ut insaní solent.
Amáui equidem hercle ego ólim in adulescéntia:
Verum ád hoc exemplum númquam, ut nunc insánio.
Nunc hóc profecto síc est: haec illást capra.
Verum hércle simia ílla atque haedus m[íhi malum]
Adpórtant. atqui [hoc é]sse qu[id dicam, h]aúsc[io].
Vnúm quidem hercle iám scio, perísse me.

---

om. **B** quid *Scaliger* uisere] miser **B** 259. INSCENDIIN **A**. Efcendū **B**: *unde* Escendi in *Scioppius Susp. lect. 21.* Afcendi in *reliqui* limbnm **B** illam **R**: *nisi* eam *males. om. libri cum* **A** nauem **B**. nauim *reliqui* DEUEHOR **A**. aduehor **BCDF**. adducor **Z** 260. Atque illi aspicio **R**: (*neque enim* in ea *vel* in illa *pro* illi *satis placet*:) Atque ego illi aspicio *Bothius.* ATQ'HANCASPICIO **A**. Atque ego illam afpicio **B**. atque ego illic afpicio **CDZ** (*nisi quod* afpitio **D**). atqne illic ego afp. **F**. atqne ego *superiori versui continuans* Illic aspicio *Pylades*, Illam conspicio *Camerarius*, Illanc conspicio *Beckerus Quaest. p. 108: nec peritius Lingius de hiat. p. 16* exumia **C** 262. ita ut sani solent || Amo, sed **R** *expulso glossemate.* ita amo ut fani folent || Hominef fed *libri cum* **A**, *nisi quod* amarē *pro* amo **B** 263. ut [T]fani **B** *His versibus ascriptum in marg.* **CD** infanire amantef 264. EQUIDEMHERCLE **A**. hercle equidem *reliqui* ego °lim **D** adul. *pro* adol. **AB** 266—270 *hoc ordine* **R** *duce Bothio: quos sic* 269. 270. 266. 267. 268 *collocat* **A** *et omisso v. 268* **BCDFZ** 266. sic est] SIIIIST **A**, *quod quid esse dicam nescio: nec enim satis quadrare* SEICEST *videtur* hec **B**. nec **F** ILLAST **A**. illa eft *reliqui* 267. 268 *tales apparuerunt in* **A**:

UERUMHERCLESIMIAILLAATQUEHAEDUSM —

ADPORTANTATQ•O••SSEQUO••LIL•M•AUSC••

quae sic uti supra scripsi interpretatus sum: nisi quod in **A** QUOD *fuisse pro* QUID *videtur. Pro his unum hunc* **BCDFZ** *substituunt:*

Sed fimia illa atque heduf timeo quid uelint .

nisi quod hęduf **Z**, eduf **F**. *Ceterum pro* Adportant *exspectes* Portendunt *potius* 269 perlffe **F**. PER••••SSE **A**, *quod non expedio, cum ne* PER-

Vosmét uidete céterum, quantí siem.
Sed cónticiscam: nam éccum it uicinús foras.

LYSIMACHVS. DEMIPHO. LORARIVS.

LYSIMACHVS.

Proféeto ego illunc hírcum castrarí uolo,
Rurí qui nobis éxibet negótium.

DEMIPHO.

Nec ómen illuc míhi nec auspiciúm placet:
Quasi hírcum metuo ne úxor me castrét mea.
Metuo [hércle] ne illaec símiae partís ferat.

LYSIMACHVS.

I tu hínc ad uillam atque ístos rastros uílico
Praesto út sint, facito córam ut tradas ín manum.
Vxóri facito ut núnties negótium
Mihi ésse in urbe, né me expectet: nám mihi

IEISSE *quidem satis sit* 270. QVANTISIEM ***A***, *Pylades.* qui siem ***B***, *miroque iudicio Scioppius Susp. lect. I, 3.* quanti ſim *reliqui* 271. conticiſcam ***B***. conticeſcam *reliqui* NAMECCVMITVICINV — ***A*** *evanido versus exitu.* uicinum eccum exit foraſ ***BCDF*** *et, nisi quod* cęcũ, ***Z***

Act. II. Scaen. 2. LYSIMACHUS DEMIPHO ***A***. DEMIPHO. LISIMACHVS. SENES II. LORARIVS ***B*** *et, nisi quod* LORARIVS DII (*puto pro* DU), ***C***. DEMIPHO. LISIMACHVS. LORARII ***D*** *et, nisi quod* Lyſ., ***FZ*** 272. illũ circum ***B***. illuncircum ***CD***. iliunc hyrcum ***F*** 273. Rura que ***B*** exibet ***Z***, exibent ***B***: *quae scriptura cum hic tum alibi servanda.* exhibet *reliqui* 274. oñ ***B*** iliuc ***CD***. illud *reliqui* nec *om.* ***B*** auſpitium ***B*** 275. yrcum ***DF***. id qm̃ ***B*** *h. e.* irqnom NEMEVXOR ***A*** *ut videtur.* ne uxor nunc ***F*** 276. Metuo hercle ne illaec ***R***. ?•METVONEILLAEC ***A***. Atque illiuſ haec nunc *reliqui, nisi quod* ñ *pro* nunc ***D*** partiſ *omnes, etiam* ***A*** 277. nilam ***C*** uiiico, *non* niliico, ***BC*** *cum* ***A*** 278. Praesto ut sint ***R*** *dubitanter:* Praesto ipsi *Aldina.* Piſto ipſi *cum reliquis* ***A*** 279. negoe. ***CFD*** 280. in urbe *om.* ***Z*** ne] ine *ut videtur* ***B*** exp.

Tris hódie litis iúdicandas dícito.
Ei et hóc memento.

LORARIVS.

[Fíet.] numquid ámplius?

LYSIMACHVS.

Tantúmst.

DEMIPHO.

Lysimache, sálue.

LYSIMACHVS.

Euge, Démipho:
Saluéto. quid fit? quid agis?

DEMIPHO.

Quod misérrumus.

LYSIMACHVS.

Di mélius faxint.

DEMIPHO.

Di hóc quidem faciánt.

LYSIMACHVS.

Quid est?

DEMIPHO.

Dicám, si uideam tíbi operam esse aut ótium.

LYSIMACHVS.

Quamquám negotiúmst, si quit uis, Démipho,
Non sum óccupatus úmquam amico operám dare.

---

omnes 281. Tref ***Db*** litef ***FZ*** 282. Ei et ***BDFZ****: quod esse pro* i *et Gulielmus vidit.* fiet ***C*** memento. LOR. fiet. numquid ***R***. memento dicere. LOR. numquid *libri, etiam* ***A*** *ut videtur* 283. TANTUMST ***A***. Tantum eft *reliqui* lifymache ***B***. lifimache ***D*** euge euge *Reizius.* euge et tu *Camerarius* 284. Salueto *Camerarius.* Salueo ***B***. falue. o *reliqui* quid fit? quid agis? *Bothius.* quid agif quid fit *libri, etiam* ***A***. *nisi quod* fit ***F*** quid ***FZ*** miferrimuf ***Z*** 285. dii ***FZ*** *(non* ***A****)* qidem ***C*** faciant ***DFZ***. fatiant ***C***. faciunt ***B***. facient *Bothius. Argutatur Rostius Opusc. p. 258 sq.* 286. operam esse ***R***. effe operam *libri* ocium ***C*** 287. quāqam negocium ***C***

DEMIPHO.

Benígnitatem tŭam mi experto praédicas.
Quid tíbi ego aetatis uídeor?

LYSIMACHVS.

Acherúnticus,
Vetulús senex, decrépitus.

DEMIPHO.

Peruorsé uides:
Puer súm, Lusimache, séptuennis.

LYSIMACHVS.

Sánu'nes,
Qui púerum te esse dícas?

DEMIPHO.

Vera praédico.

LYSIMACHVS.

Modo hércle in mentem uénit, quid tu díceres:
Senéx quom extemplo iám nec sentit néc sapit,
Aiúnt solere eum rúsum repueráscere.

DEMIPHO.

Immó bis tanto uáleo quam ualuí prius.

LYSIMACHVS.

Bene hércle factum et gaúdeo.

DEMIPHO.

Immo út scias,
Oculís quoque etiam plús iam uideo quám prius.

---

eſt *libri* ǥnit *pro* quid **C** 290. acherunticaſ **B**. acheruntius *nescio an verius sit* 291. Vetulus senex **R** *coll. v. 314.* Senex uetuſ *libri.* Senex uietus *Scutarius* 292. luſimache **B**. liſimache **D** ſeptuenſiſ ſanũ **C** 293. diciſ **Z** praedio **B** 295. qm̃ **B**. cum *reliqui* extemplo iam **R**. extemplo eſt iam *libri* 296. ruſum *pro* rurſum **B** 298. ercle **C** ut scias **R**. ſciaſ *libri.* si scias *inde a*

LYSIMACHVS.

Benést.

DEMIPHO.

Malam rem díco.

LYSIMACHVS.

Iam istuc nón bonumst.

DEMIPHO.

Sed aúsimne ego tibi éloqui, si quíd uelim?

LYSIMACHVS.

Audácter.

DEMIPHO.

Animum aduórte.

LYSIMACHVS.

Fiet sédulo.

DEMIPHO.

Hodie eíre occepi in lúdum litterárium:
Lusímache, ternas scío iam.

LYSIMACHVS.

Quid ternás?

DEMIPHO.

Amo.

LYSIMACHVS.

Tun cápite cano amás, homo nequíssume?

DEMIPHO.

Si cánum, sei istuc rútilum siue atrúmst, amo.

Pylade editur 300. Bene] qnā bene **C** malam rem **FZ**. malaere **B**. mala re **CD** bonum eſt *libri* 301. auſim ut ego **Z** 302. fiet ſedulo *in mrg. m. pr.* **C** 303. HODIEIIRE **A**. Hodie ire *reliqui* OCCEPIINLUDUM **A**. in ludum occepi *reliqui* litterarium **A**, *Scutarius*. literarium **B**. literarum **CD**. litterarum **Z**. lrā24 **F** 304. Luſimache **B**. liſ. **D**. lyſ. *reliqui* 305. homo nequissume **R**. SENEXNEQUISSIMEHOMO **A**. ſenex nequiſſime *reliqui* 306. Si canum *libri cum* **A**: *Scioppius Susp. lect.*

LYSIMACHVS.

Ludíficas nunc tu me heíc, opinor, Démipho.

DEMIPHO.

Decíde collum, sí iam tibi falsúm loquar.
Vel út scias me amáre, cape cultrum ác seca
Digitúm uel aurum uél tu nasum uél labrum:
Sei móuero me seú secari sénsero,
Lysímache, sum auctor út me amando hic énices.

LYSIMACHVS.

Si umquám uidistis píctum amatorem, ém illic est.
Nam mĕo quidem animo pláne decrepitús senex
Tantídemst, quasi sit sígnum pictum in páriete.

DEMIPHO.

Nunc tú me, credo, cástigare cógitas.

LYSIMACHVS.

Egon té?

DEMIPHO.

Nihil est iam, quód tu mihi suscénseas:

I, 21. fiue canum *'prisca exemplaria' Pii.* Seu canum *Pylades* sei istuc **R**: *vid. Mus. Rhen. nov.* VIII *p. 486.* feu iftuc *libri cum* **A**. si istuc *Bothius* rutilnm **BCDFZ**. RUTILUNST **A** *ut visum est* ATRUNST **A**. atrumft *reliqui* 307. HEIC **A**. hic *reliqui* 308. decide] āputa *sup. scr.* **C** SI ANTIBIFALSUM **A**: *quas litterarum reliquias visus sum vel* SIANTIBIFALSUM *vel* STANTISTFALSUM *interpretari posse. Vnde* si iam tibi f. *effeci.* fi falfum ftati **B**. fi falfum ad te *reliqui, et* ted *substituto Bothius.* si falsum est uti *Camerarius.* si falsum est nec uti *Aeidalius* loquar *libri cum* **A**. eloquor *Bothius* 309. fiaf **C** AC **A**. *om. reliqui* 310. NASSUM **A** 311. SII **A**. Si *reliqui* moueo **FZ** fecare cenfeor **B** 312. Lifymache **B** sum auctor **R**. auctor fum *libri cum* **A**, *nisi quod* aūtor **F** nti *Camerarius* HICENICES **A**. hic ē **B**. enicef *sine* hic *reliqui* 313. uidiftif **B** *cum* **A**. uidifti *reliqui* em **B** *cum* **A**. hem *reliqui* 314. PLANE **A**. uetuluf *reliqui. cf. v. 291* 315. TANTIDEST (*sic*) **A**. Tam idem eft **B**. tantidem eft *reliqui.* Tantundem est *Pylades* qnafi fit] afi f *e corr.* **C**. quasi si *Aeidalius p. 511, Goellerus in Trin. 407.* 317. fuccenfeaf **FZ** (*non* **A**)

Fecére tale ante áliei spectateí virei.
Humánum amarest, húmanum autem ignóscerest.
* * * * átque . . . . ulum.
Ne sís me obiurga: hoc nón uoluntas me ínpulit.

LYSIMACHVS.

Quin nón obiurgo.

DEMIPHO.

At né deteriorém tamen
Hoc fácto ducas.

LYSIMACHVS.

Égon te? ah, ne di síuerint.

DEMIPHO.

Vide sís modo etiam.

LYSIMACHVS.

Vísumst.

DEMIPHO.

Certen?

---

318. Facere ***B*** ALIEISPECTATIVIREI ***A***. alii ſpectate uiri ***B***. alii ſpectati uiri *reliqui, nisi quod* alii *om.* ***F*** 319. *Hunc v. cum talem, qualem supra servavi,* ***BCDFZ*** *exhibeant (nisi quod* amare ſi ***B***, amare eſt ***F***, ignoſcere eſt *omnes),* ***A*** *autem talem:*

HUMANUMAMARESTATQ·IDUTIO:/ | |\C/ •ULUM

in promptu est de elapso, ut aliis exemplis simillimis, versiculo cogitare, cuius exitus cum priore coaluerit in ***A***. *Qui fortasse non Demiphonis fuit, sed Lysimachi. Ceterum nescio an* ignoscere *praestet sine* est 321. NESISME ***A***, *Scioppius Susp. lect. I, 21.* Neſciſ me ***B***. neſciſ ne *reliqui.* Nescis? ne *Camerarius.* Ne sis, ne *Palmerius p. 874, Gulielmus, Acidalius* obiurgare ***B*** hoc *cum* obiurga *iungit* ***Z***: *quod placuit Handio Tursell. III, p. 96.* huc *Bothius, ut illud interpretabantur Gulielmus, Acidalius* 322. Quin *Pylades.* Qui *libri* 323. egone *libri* ah ne di siuerint *Camerarius: nisi* at *praestat.* athene deſiuerint ***BDF***. athene deſſiuerint ***C***. atbenae deſciuerint ***Z*** *Post hunc v. fuit qui de lacuna*

LYSIMACHVS.

Pérdis me.

Hic homo éx amore insánit. numquid uís?

DEMIPHO.

Vale.

LYSIMACHVS.

Ad pórtum propero: nám ibi mihi negótiumst.

DEMIPHO.

Bene ámbulato.

LYSIMACHVS.

Béne uale.

DEMIPHO.

Bene sít tibi.

Quin míhi quoque etiamst ád portum negótium:
Nunc ádeo ibo illuc. sét eccum meum gnatum óptume
Video: híc opperiar hóminem. hoc mihi uisóst opus,
Huic pérsuadere quó modo nunc pótis siem,
Vt íllam uendat néue det matrí suae:
Nam ei dóno aduexe audíui. praecautóst opus,
Ne hic ád illam me animum adiécisse aliqua séntiat.

---

suspicaretur 324. Vife **Z** uifumſt *omnes* certou **F**. certem **Z** 325. uunc quid **F** uat **B** 326. negotiumſt **B**. uegocium eſt *reliqui* 327. uale *Guyetus*. ualete **B**. ualeto *reliqui* 328. etiamſt **CD**. etiam ſi **B**. etiam eſt **FZ** negoc **CDFZ** 329. sed eccum meum gnatum optume || Video. hic opperiar **R**. ſed optume guatum meum || Video. eccum opperiar *libri, nisi quod* ſet **C**, optime **FZ**, optum ec uatum **B**, operiar **BF** hoc mihi **R**. hoc nunc mihi *libri: quod non nescio ila servari posse, ut* uiso opust *scribatur cum Acidalio* uifo eſt **FZ**. usu est *cum Scaligero Scriverius* 331. perſuadere **DbFZ**. perſuade **BCDa** nunc **R** *e superiore v. ascitum. om. libri* siem *Camerarius.* ſim **BCDZ**. ſum **F** 332. ille uendat ne uendat matri **B**: *ubi* illā **Bb** 333. Nam idoneo **B** praecautost opus **R**. ſed praecautoſt opuſ *libri, nisi quod* praecauſtoſt **D**, precauto eſt **F**, praecauto opuſ **Z**. sed praecauto opust *post Pyladem Acidalius* 334. hic ad **R**. hic **BCDF**. ad **Z**

CHARINVS. DEMIPHO.

CHARINVS.

Homo mé miseriór nullus ést aeque, opínor,
Neque áduorsa quoí plura sínt sempitérna.
Satín, quicquid ést, si quam rém ego agere occépi,
Propriúm mihi nequít euueníre id quod cúpio?
Ita mi [éx improuíso] mala rés aliqua obícitur,
Bonúm quae meúm conprimít mihi consílium.
Míser amicam míhi paraui ánimi causa, prétio eripui,
Ratús clam patrém meum me eám posse habére:
Is résciuit ét uidit ét perdidít me.
Neque ís quom rogét, quid loquár, cogitátumst:
Ita ánimi decem ín pectore íncerti cértant.

Act. II. Scaen. 3. CHARINVS ADOLESCENS. DEMIPHO SENEX **B** *et, nisi quod* ADVL., **C**. CHARINVS. DEMIPHO **DFZ** *Versuum in hoc cantico descriptionem plane talem servavi qualis in* **B** *est. A qua quae discrepant Reizii, Hermanni, Lachmanni temptamenta ms., consulto tacui omnia. Nec magis alia, quorum mihi usus esse nullus videretur, ambitiosius commemoranda putavi, velut quod primum versum (ut nihil dicam de Bothii in hoc genere portentosa imperitia) sic Reizius dimetitur* Homó me misérior nullúst aeque opínor (fecum) 335. Homo **D** eſt atque **B**. aeque est *Lachmannus* 336. aduerſa **FZ** cui *libri* sint plura *Camerarius* 337. si quam **R**. quam *libri.* ut quam *Camerarius duce Pylade* ego **R**. *om. libri* occepit **B** 338. mihi nequit **R**. nequid mihi *libri, nisi quod* nequit **CD** euenire *c corr.* **C** id **R**. *om. libri* 339. ex improuiso *addidi exempli caussa* obiicitur **FZ** obiicitur aliqua *Camerarius* 340. bonumque **Z** conpr., *non* compr, **B** mihi *Hermannus, Lachmannus. om. libri. Contra* quae statím comprimít meum *idem Lachmannus alio tempore* 341. p̃recio **C** eripui *om. Camerarius* 342. clam] c *e corr.* **C**. dam **D** me eam **R**. *om. libri* 344. Nequiſ **B** cum *libri* cogitat unde eſt **B** 345. in pectori **D**. pectori **F**. pectore **Z** *Ceterum nugantur qui de hoc v. dixerunt Pol-*

Nec quíd corde núnc consilí capere póssim,
Sció: tantus cúm cura mĕost error ánimo,
Dum sérui meí perplacét mihi consílium,
Dum rúrsum haud plácet nec patér potis uidétur
Indúci, ut putét matri ancíllam emptam esse íllam.
Nunc sí dico ut rés est, atque íllam mihí me
Emísse indicó, quem ad modum éxistumét me?
* * * * * * * *
Atque íllam abstrahát, trans mare hínc uenum aspórtet.
Sció saeuos quám sit, domó doctus. ígitur
Hócinest amáre? arare máuelim quam síc amare.
Iam hinc ólim me inuítum domo éxtrusit áb se:
Mercátum ire iússit: ibi hóc malum ego inuéni.
'Vbi uoluptatem aégritudo uíncat, quid ibi inést amoeni?
Nequíquam abdidi, ábscondidi, ábstrusam habébam:
Muscást meus patér, nil potést clam illum habéri,
Néc sacrum nec tám profanum quícquamst, quin ibi ílico adsit.

---

merius et Gulielmus 346. nequid **Z** confilii *libri* 347. meoft error **CDa**. meuf terror **B**. meo eft error **DbF**. meuf eft error **Z** 348. ferui mei **B**. mei ferui *reliqui* 349. potiuf **Z** 351. fę (i) **D** ut· *cum ras.* **D** refft (e) **D** mihimet me *nescio an poeta dederit* m (i) memiffe (e) **D** quemadmodum] leuem admodum *Scaliger* exiftū & **B**. exiftimet **Z**. exiftimat **F** 553. *Intercidit huiuscemodi aliquid*:

Malis uerbis multis multum obiuriget me

354. extrahat **F** 355. feuof **B**. feuuf **CD**. faeuuf **Z**. feruuf **F** domo ductuf **D**. homo duruf **F**. homo et duruf **Z**. *Cf. Sciopp. Susp. lect. III, 11* 'Igitur hoc est amáre *tetrametri initium esse Hermannus voluit* Hocineft **B**. hoccineft **C**. (h)ocinę eft **D**. hoccine eft **FZ** 357. holim **D** me **R**. *om. libri* extruxit **B** sese *Camerarius* 358. ire iuffit ibi **C**. ire iuffi tibi **B**. iuffit ire ibi **DFZ** ego *libri. om. Camerarius* 359. egrit. **C** animi **Z** 360. nequicquam **FZ** abfcondidi **B**. abfcondi *reliqui* abftruxfam **B** 361. Mufcaft **B**. Mufca eft *reliqui* pater meuf **C** 362. prophanum **FZ**

Néc qui rebus mĕis confidam, mi úlla spes in córde certast.

DEMIPHO.

Quíd illuc est, quod sólus secum fábulatur fílius?
Sóllicitus mihi néscio qua re núnc uidetur.

CHARINVS.

'Attatae,
Páter hic quidem meúst, quem uideo. ibo, ádloquar. quid fít, pater?

DEMIPHO.

'Vnde incedis? quíd festinas, gnáte mi?

CHARINVS.

Recté, pater.

DEMIPHO.

'Ita uolo. sed istúc quid est, tibi quód conmutatúst color?
Númquid tibi dolét?

CHARINVS.

Nescio quid méo animost aegré, pater.
Póste hac nocte nón quicui sátis mea ex senténtia.

DEMIPHO.

Pér mare ut uectú's, nunc oculi térram mirantúr tui.

---

quicquamſt **CD**. quicquam ſi **B**. quicquam eſt **FZ** quid **B** affit **CD** 363. in corde certaſt **B**. eſt in corde **C**. in corde eſt **DFZ** 364. quid (ſecum) **D** eſt **B**. *om. reliqui* quid **Z** ſolū **B** fabulatur **B**. fabuletur *reliqui* 365. Solicituſ **FZ** qua re nunc **R**. quare *libri* *Numeros paullo concinniores hos habebis*: Sóllicitus nescio qua re nunc mĭhi uidetur attatae **R**: attate *Palmerius p. 873, Bentleius in Andr. IV, 5, 15.* atate **CD**. at tace **B**. at at **FZ** 366. Pater hic quidem meust **R**. Meuſ pater hic quidem eſt **B**. meuſ quidem hic pater eſt *reliqui, nisi quod* q(i)idem **C** ibo *om.* **B** adloquar *pro* all. **B** 368. quod] quid **B** cōmutatuſ eſt color **DbF**. cōm. color ē **Z** 369. meo animo eſt **BDb**. animo meo eſt **Z** egre **BC** 370. Poſte **B**. poſtea *reliqui. Vide Mus. Rhen. nov. VII p. 568* ac **Da**, (h)ac **Dc** mea **Dc**, *Camerarius.* me **BCDa**. *om.* **FZ** 371. uectus *scribebatur* mi-

CHARINVS.

Mágis opinor.

DEMIPHO.

'Id est profecto: uérum actutum abscésserit.

['Vsquen ualuistí?

CHARINVS.

Perpetuo récte, dum quidem illíc fui.

Vérum in portum huc út sum aduectus, néscio qui animus míhi dolet.

DEMIPHO.

Naúsea edepol fáctum credo: uérum actutum abscésserit.]

Érgo edepol pallés: si sapias, ĕas ac decumbás domi.

CHARINVS.

'Otium non ést: mandatis rébus praeuortí uolo.

DEMIPHO.

Crás agito, peréndie agito.

CHARINVS.

Saépe ex te audiuí, pater:

Rĕi mandatae omnís sapientis prímum praeuortí decet.

DEMIPHO.

'Age igitur: nolo áduorsari aduórsum tuam senténtiam.

CHARINVS.

Sáluos sum, siquidem ísti dicto sólida et perpetuást fides.

---

rautur tui || Magis. CHA. opinor *Gulielmus: qui debebat saltem* mirantur magis. || CHA. Itast, opinor —. *Ceterum* opino *Bothius nuper* 373. 374. 375, *in libris positos post v. 389, huc revocavi, ut quos appareat prorsus* παραλλήλους *esse versibus 369—372* 373. Vsquen **R**, *quod potius* Vsquiu *fuisse dixi Mus. Rhen. nov. VII p. 577.* Vſque **B**. Vſquene *reliqui* 374. quia nimiſ mihi **B** 375. Nauſe **B** 376. palleſ **B**. palle **CD**. *om.* **FZ** 378. Craſ agi opere die agito **B** ſepe **BC** 379. Rei] ei **F** mandate **B** omuiſ ſapientiſ *omnes* 380. aduorsus tuam *Bothius.* tuam aduorſum **BCDF**. tuam aduorſuſ **Z** 381. Saluoſ *pro* Saluuſ **B** dicito **B** eſt **FZ**

Rés adhuc quidem hércle in tutost. nam húnc nescire sát scio
Dé illa amica: quód si sciret, ésset alia orátio.

DEMIPHO.

Quíd illuc est, quod ille á me solus se ín consilium séuocat?
Iám non uereor ne ĕam me amare hic pótuerit rescíscere:
Quíppe haut etiam quícquam incpte féci, amantes út solent.
Quín ego hunc adgrédior de illa?

CHARINVS.

Quín ego hinc me amólior?
Éo ego, ut quae mándata mihi sunt, ádministrem.

DEMIPHO.

Immó mane:
Paúcula etiam scíscitare príus uolo.

CHARINVS.

Dic quíd uelis.

DEMIPHO.

Séd quid ais? ecquám tu aduexti tŭae matri ancillám
Rhodo?

382—386 *hoc ordine* **R**: *quos sic* 384—386. 382. 383 *collocant libri* 382. Cha. Ref *libri* hercle *om.* **F** tutoft *omnes* huc **B** 383. quid **Z** 384 *sine caussa ab Osanno Anal. p. 201 sq. sollicitatus propter v. 364* ille a me *Aldina (non Pylades).* illa me **CD**. mea me **B**. ille **FZ** fed **B** 385. uereo **CDF** eam *Guyetus.* illam *libri* 386. aut **BCD**. haud **FZ** faciam ante ut **B** 387. De. Quin *libri* agredior **C**. aggredior **DFZ** 388. ·?·ego ·?·eo **D** ut que **B**. atque *Camerarius* mandata mihi sunt, administrem. Dem. **R**. mandata amicũ amicif tradam. Dem. **B**. mandata amicuf amicif tradam. Dem. *reliqui, nisi quod* mandat **Z** 389. Paula **C** fufcitare **B**. fciffitare **D**. sciscitari *potius dubitari potest num pocla scripserit, coll. v. 422* 390. Quid ais? ecquam tu aduexisti *a Plauto profectum esse puto, adiectum autem* Sed, *postquam huc irrepserunt v. 373—375* ad^u^exti **D**. aduexit **B** matri tue **F** ancillam ancillam **CD** rohdo **B**. e rhodo **CDZ**.

CHARINVS.

'Aduexi.

DEMIPHO.

Quid? ea út uidetur múlier?

CHARINVS.

Non edepól mala.

DEMIPHO.

'Vt moratast?

CHARINVS.

Núllam uidi mélius mea senténtia.

DEMIPHO.

Míhi quoque ita pol uísast, quom illam uídi.

CHARINVS.

Eho, uidistín, pater?

DEMIPHO.

Vídi. uerum nón ex usu nóstrost neque adeó placet.

CHARINVS.

Quí uero?

DEMIPHO.

Quia enim non nostra fórmam habet dignám domo.
Níhil opust nobís ancilla, nísi quae texat, quaé molat,
Lígnum caedat, pénsum faciat, aédis uerrat, uápulet,

---

e rhodio ***F*** 392. morata eſt ***DFZ*** ſentencia ***C*** 393. Mihi quoque ita pol ***R***. Mihi quidem edepol *libri*. Sic quidem edepol *Pylades, Acidalius* uiſa eſt ***BC***, *non* ***DFZ*** cum *libri* uidi. Ch. eho uidistin *Bothius*. uidi. Ch. eho an nidiſti *libri*, *nisi quod* eo ***Z***. uidi. Ch. an uidisti *Guyetus*. uideo. Ch. an uidisti *Bothius nuper* 394. noſtro ſine que ***B***. noſtro eſt neque ***C*** 395. quia enim non ***R***: *nisi forte* quia noenu *placebit*. quia non *libri*. quia haec non *Guyetus*. qui? quia non *Bothius* • noſtra• *cum ras.* ***B*** 396. opust ***R***. opuſ *libri* que texat que ***B*** 397. lignum cedat, pensum faciat, aedis uerrat, uapulet *e* Lucilii lib. XXVI *vel* XXVII *affert Nonius p. 271*, lignum caedat, aedis uerrat ac uapulet *e* Lucilii lib. XXVIII *idem p. 420. Vix dubitandum videtur,*

Praéhibeat cottídianum fámiliae coctúm cibum.
Hórunc illa níhilum quicquam fácere poterit ádmodum.

C HARINVS.

Ĕa causa equidem illam émi, dono quám darem matrí meae.

D EMIPHO.

Né duas neu te áduexisse díxeris.

C HARINVS.

* * * * *
* * * * *

D EMIPHO.

Di me ádiuuant:
Lábefacto paulátim. uerum quód praeterii dícere,
Néque illa matrem sátis honeste tŭam sequi poterít comes,
Néque sinam.

C HARINVS.

Qui uéro?

D EMIPHO.

Quia illa fórma matrem fámilias
Flágitium sit sí sequatur, quándo incedat pér uias.

---

quin Plautina verba commemoraverit Lucilius: nisi forte errorem iam fuisse in ipsis adversariis grammatici putaveris penſim **Z**. pinsum *Visseringus Quaest. Plaut. I p. 105* ferrat **Da**. nertat **Z** 398. Praehibeat **R**. Quae habeat *libri, nisi quod* que **D**. Quaeque habeat *Pylades* quottid. **Z**. quotid. **F** familie **B** 399. horunc ilia **CD**. Hornm ancilia **B**. horum ilia **FZ** nihil nmqnam **B**. nihiinm qnicquam *reliqui. Vnde facile efficiat quispiam* nil qnicquam umquam 400. emi] mi **B** 'darem .q. matri' **D** 401. nednaſ **C** *et aut sic aut* nediuſ *ante ras.* **Da**. Netuaſ **B**. ne deſ **DbFZ**. Ne dnis *Camerarius.* duas *formam non sum ausus sollicitare* neu *Camerarius.* neue *libri* Ne d. n. t. adn. dixeriſ. CH. di me adiuuant *uno integro versu concludunt libri, proximum tribuentes* DEMIPHONI. *At is unde tandem labefactari filium colligit? de quo ne sic quidem satis ei constiterit, si* di me adiuueut *dixisse Charinum censueris. Ergo aut plus intercidit aut certe hemistichia duo* 406. Flagitium ſit **B**. flagitiumſt **D**. flagiciumſt

Cóntemplent, conspíciant omnes, nútent, nictent, síbilent,
Véllicent, uocént, molesti sínt, occentent óstium:
'Inpleantur élogiorum mĕae fores carbónibus:
'Atque ut nunc sunt máledicentes hómines, uxorí meae
Míhique obiectent lénocinium fácere. nam quid eóst opus?

CHARINVS.

Hércle quin tu récte dicis ét tibi [equidem] adséntior.

* * * * *

DEMIPHO.

Ego émero matrí tuae

C. flagitium eſt **FZ** incedit **Z** 407. omneſ **B**. *om. reliqui* nuteat **C** nictent **DcF**. nectent **BDa**. nectet (n *supra*) **C**. niterit **Z** 408. nocont moleſtiſ innocent **B** hoſtium **FZ** 409. elogiorum moae fores carbonibus *Bothius.* meao foreſ carbonibuſ elegeorum *libri, nisi quod* mee **B** — elegiorum **DcZ**, eiogoorum **F**: *pro quo* oclogiorum *Lambinus*, elogiorum *Turnebus Advers. VII, 15* 411. obiciont *solus* **B**. obiiciant *Acidalius* lenocinum **C**. lenocium **D** eoſt **BCD**. eſt **FZ** 412. quin *Pylades.* qui *libri* tibi equidem adsontior **B** *Prol. Trin. p.* CLXXIII. tibi adſentior **B**. tibi aſſontior *reliqui.* tibi ego assentior *Pylades.* tibi assentior ego *Camerarius.* tibi adsontor ego *Bothius.* tibi hoc adsontior *idem nuper.* ego assentior tibi *Lingius de hiat. p. 50* 413—424, *misere turbatos luxatosque in libris, sic uti feci reconcinnandos putavi. Quorum hic ordo speciesque in* **B** *est:*

418. 413 Sed quid illa nuno fiot? DE. recto ogo emero matri tuae
414 Ancillam uiracinem aliquam non malam forma mala
Vt matrem addecet familiaſ aut ſyram aut cypiam
Ea molet coquet confitiot penſum ponſetur flagro
Neqne propter eam quicqnam eueniet noſtriſ foribuſ flagiti minimo gontium
421 CH. Quid ſi igitur reddatur illi unde empta eſt. DE.
423 CH. Dixit ſe adhibere ſi non piacet. DE. nihil iſtoo opuſ
422 Litigari nolo ego uoſ quam tuam autem accuſari fidem
419 Multo odepol ſi quid faciendum eſt facere damni mauoio
Quam obprobamentum aut flagitium muiiebre exferri domo.
424 Mo tibi illam poſſe opinor luculente uendere.

A quo exemplo quomodo reliqui libri discrepent, deinceps adnotabo. Origo autem erroris e conglutinatis v. 413. 418 repetendus videtur, quorum ille talis fere esse potuit:

'Ancillam uiráginem aliquam nón malam, formá mala,
'Vt matrem addecét familias, aút Syram aut Aegýptiam.
Éa molet, coquét, conficiet pénsum, pinsetúr flagro:
Néque propter eam quícquam eueniet nóstris foribus flágiti.

CHARINVS.

Sét quid illa nunc fíet? recte ego émi [atque argentúm dedi.]

DEMIPHO.

Múlto edepol, si quíd faciendumst, fácere damni máuolo,
Quam óbprobramentum aút flagitium múliebre inferrí domo.

CHARINVS.

Quíd, si igitur reddátur illi, unde émptast?

DEMIPHO.

Minume géntium:
Lítigare ego nólo uos qua, tuam aútem accusarí fidem.

CHARINVS.

Díxit se redhibére, si non pláceat.

DEMIPHO.

Nihil istóc opust:
Mé tibi illam pósse opinor lúculente uéndere.

[Nisi quod matri uon est quod dem.] De. ego emero matri tuae —, *hunc paullo confidentius supplevi supra. In primo v. vulgo interpungunt* De. recte. ego omero 414. uiraginom **CDFZ** 415. ſſram **C** egyptiam *vel* ęgyptiam **DFZ**. egipciam **C** 416. coquet **B**. *om. reliqui* conſiciet **CDFZ** pinſetur *Scutarius* 417. noque *superiori versui continuant edd., non* **B** xriſ (n ~ superscr.) **D** flagitii **Da**. flagicii **C**. flagitium **DbFZ** minime goutinm, *erasa in* **B**, *sed ut clare appareant, hoc loco om.* **CDFZ** 418. Set **Da**. Sod **Dc** *cum reliquis* ſiæt **C** recto **D** 419. ędepol **C** faciundum **FZ** face **F** dampni **C** 420. obprobrandum **D** *ante corr.* inferri *Guyetus, Lachmannus.* ecferri **CD**. efforri **FZ**. afforri *Pistoris* 421. oſt. De. minime gentium **CDFZ** 422. litigare **DFZ**, *non* **C** qua *Bothius.* quam *libri, vulgo constructum cum* mauolo *v. 419.* neque *Acidalius, laudatus ab Handio Turs. I p. 586* 423. redhibere **CDFZ** placeat **CDFZ** opuſt **CDFZ** 424. Nám me tíbi

CHARINVS.

Dúm quidem hercle né minoris uéndas quam ego emí, pater.

DEMIPHO.

Táce modo: senéx est quidam, qui áliquam mandauít mihi
'Vt emerem ad istanc fáciem [ancillam].

CHARINVS.

At míhi quidam adulescéns, pater,
Mándauit, [aliquam ítidem] ancillam, íta ut illast, emerém sibi.

DEMIPHO.

Vígìnti minís opinor pósse me illam uéndere.

CHARINVS.

'At ego si uelím, iam dantur séptem et uigintí minae.

DEMIPHO.

'At ego

CHARINVS.

Quin ego, ínquam

DEMIPHO.

Ah nescis quíd dicturus súm: tace.
Trís minas accúdere etiam póssum, ut trigintá sient.

CHARINVS.

*   *   *   *   *   *   *

Quó uortisti?

---

illam *mirer ni Plautus scripserit* 425. ercle **C** ego mi pater emi **F**
426—428 *sic et glossematis liberavi et mancos supplevi, qui tales sunt in libris:*

DE. Tace modo. ſenex eſt quidam qui illam mandauit mihi
Vt emerem ad iſtanc faciem. CH. at mihi quidam adoleſcenſ pater
Mandauit ad illam faciem ita ut illa eſt emerem ſibi.

Vbi v. 1. illam] olim *Acidalius.* ancillam *Boxhornius* 2. adul. **B** 3. Mandauid **C** est mulierem emerem *Camerarius* 429. minaſ **Da** 430. *num* dentur *potius?* 431. (*post* inquam) ah **BC**: *pro quo rasuram* **Da**, *sup. scr.* hac **Db**. at **FZ**: *fort. rectius* ſim **F** 432. Treſ *solus* **B** sient? *fuit qui interpungeret* 433. *Hic, nisi omnia fallunt, intercidit Charini in hanc fere sententiam versiculus:*

Videor pro illo posse quinque etiam addere adulescentulo.

4*

DEMIPHO.

Ad íllum qui emit.

CHARINVS.

Vbinamst is homo géntium?

DEMIPHO.

Éccillum uideó: iubet quinque áddere etiam mé minas.

CHARINVS.

Hércle illum infelícitent di, quísquis est. itidém mihi
Étiam meus adnútat

DEMIPHO.

Addam séx minas.

CHARINVS.

Septém mihi.

DEMIPHO.

Númquam edepol me uíncet hodie.

CHARINVS.

Cómmodis poscít, pater.

---

434. CH. *et (ab initio versus)* DE. *om.* **CD** nertiftl **F** at **D** nbinamftif **CDa**. ubi naftif **B**. nbinam eft if **DbFZ** gencium **C** 435. Ecce iilum **B**. Eccum illum *Camerarius* quoque **B** addere etiam me **R**. me addere etiam nunc *libri, nisi quod* adere eciam **C**. addere me etiam nunc *Bothius* 436. Hercule *Scaliger* illum infelicitent di **R**. illunc dii infoelicitent **Z**. illnnc di lnfelicent **CDF**. iliuc dii felicent **B**. infelicitent *etiam Scaliger*. Pol illunc di infelicitassint *placeret, si propius abesset a librorum memoria* *In proximis impeditissimas licitandi rationes nescio an vel satis vel non satis expedierim. Vbi sic cum libris edd.:* quifquif eft. DE. ibidem mihi || Etiam nunc adnutat addam fex minaf. CH. feptem mihi: *nisi quod* Et iam **B**, eciam **C**. *Sola* totidem (*pro* ibidem) mihi *verba* CHARINO *continuanda esse Acidalius suspicabatur* innutat *Lambinus* 438. *DEMIPHONI et CHARINO distribuit Guyetus, totum CHARINO libri continuant* ędepol **C** me uincet hodie commodif **B**. me nincet hodle me uincet hodie c. **CD** me uincet hodie inueniet. hodie c. **FZ**. *Vbi* inueni hunc qui commodiuf *'ex priscis exemplaribus' Pius affert.* me nincet. hlc commodius *Pylades*

DEMIPHO.

Néquiquam poscét: ego habebo.

CHARINVS.

'At illic pollicitúst prior.

DEMIPHO.

Níhili facio.

CHARINVS.

Quínquaginta póscit.

DEMIPHO.

Non centúm datur.

Pótine ut ne licitére aduorsum méi animi senténtiam?
Máxumam hercle habébis praedam: íta illest, quoi emitúr, senex.
Sánus non est éx amore illíus: quod poscés, feres.

CHARINVS.

Cérto edepol aduléscens ille, quoí ego emo, efflictím perit
Ĕius amore.

DEMIPHO.

Múlto hercle ille mágis senex, si tú scias.

CHARINVS.

Númquam edepol fuít neque fiet ílle senex insánior
Éx amore, quam ílle adulescens, quoí ego do hanc operám, pater.

'*partim ex codd. ant.*' pater poſcit **C** 439. nequicquam **FZ** poscot **R**. poſcit *libri* habebo **CDbF**. habeo **BDaZ** pollicituſ eſt **B** 440. Nihil **B** quinquaginginta **C** dantur **Z** 441. Potinne **B** ne *om.* **B** licitere *Camerarius*. liceret **B**. litigere **CDF**. letigere **Z** aduerſum **B** mei animi *Scaliger, Bothius*. animi *libri*. animi mei *Acidalius* 442. Maximam **BCZ** predam **B** ille eſt *libri* qm̃ mentitur **B**. cui emitur *reliqui* 444. Certe **B** adul. *pro* adol. **B** cui *libri* efflictim *hinc excerptum in Gloss. Plaut.* efflectim **B**. efflictũ **D** *ante ras.* 445. ſi *sup. scr.* **D** 446. ſiet '*alibi legi*' *Pius dicit* 447. ille *om.* **Da**. *sup. scr.* **Db** adul. *pro* adol. **B** cui *libri* pater *sup. scr.* **D**

DEMIPHO.

Hém quiesce, inquam: ístanc rem ego recte égero.

CHARINVS.

Quid aís?

DEMIPHO.

Quid est?

CHARINVS.

Nón ego illam mancúpio accepi.

DEMIPHO.

Séd ille illam accipiét: sine.

CHARINVS.

Nón potes tu lége uendere íllam.

DEMIPHO.

Ego aliquid uídero.

CHARINVS.

Póst autem commúnis mihi illast cum álio [quodam]. quí scio,
Quíd sit ei animí, uaenirene ěam uelit an nón uelit?

DEMIPHO.

Égo scio uelle.

CHARINVS.

'At pol ego esse crédo aliquem, qui nón uelit.

DEMIPHO.

Quíd mea id refért?

---

448. DEM. Hem quiesce **R**. DEM. Quiefce *libri. Synizesi nullus hic locus* egero **R**. uidero *libri (fort. e v. 450). Non placet*, recte *expuncto*, ístanc rém ego uídero ais *Dousa fil., Lomanus p. 53.* agif *libri* 449. *Sic personis distinxit Acidalius.* accepi sed ille illam accepit. DE. fine *libri* accipiet *Scaliger, Bothius.* accipit *Taubmannus* 450. poteft **B** *ante ras.* 451. communis mihi illast *post Pyladem* **R** *coll. v. 455: quamquam etiam* communist mihi illa *licebat.* communeft illa mihi **B**. communif eft illa mihi *reliqui* quodam **R**. *om. libri. Neque enim probabiliter Bothius* commúnist ílla cúm alió mihi quid **Z** 452. uenire ne eam *libri* non uelit] non *sine* uelit **B** 454. mea id *Pylades.* de mea **B**. id mea *reliqui* rem fuam **B** aequomft **B**. aequumft

CHARINVS.

Quia illi sŭam rem esse aequomst ín manu.

DEMIPHO.

Quíd ais?

CHARINVS.

[Quicum] míhi communist ílla, is hic nunc nón adest.

DEMIPHO.

Príus respondes quám rogo.

CHARINVS.

Prius tú emis quam uendó, pater.
Nésciо, inquam, uélit ille illam nécne abalienárier.

DEMIPHO.

Quíd? illi quoidam, quí mandauit tíbi, si emetur, túm uolet:
Sí ego emo illi quí mandauit, túm ille nolet? níhil agis.
Númquam edepol quisquam íllam habebit pótius, quam ille quem égo uolo.

CHARINVS.

Cértumnest?

D. equumſt **CF**. aequum eſt **Z** mauu] naui **B** 455. *Sic sanandum putavi, qui interpolatus e v. 451 talis est in libris:* De. Quid aiſ? Ch. communiſ mihi Illa eſt cum illo iſ nunc hic non adeſt: *nisi quod* illaſt *et* hio nunc **B**. *Vbi* alio *pro* illo *Camerarius* 457. ille *om.* **A** nec me **B** ab aliena *cum lacuna* **C** 458. 459 *tales prodierunt ex* **A**, *nisi quod ab initio* SEDILLEQUIDAM *cum Maius tum ego legimus, unde* Sed illi quoldam *iam Bothius. Pro quibus unum hunc reliqui exhibent:*

De. Quid illic qnidam qni mandauit cum ille nolet. nihil agiſ

nisi quod mandaui **Z**, *pro* cum *autem ipsum* tum *servavit* **B** EMETUR *et altero v.* NOLET *ego legi*, EMITUR *et* NOLIT *Maius:* AGIS *an* AGES *sit, dubia res est* *Alterum nescio an sic potius poeta dederit:* Si ego emi ei, mihi qui mandauit 460. edepol quiſquam **BC**. EDEPOLQUISQUAMEDEPOL **A**. edepol priuſqnam **D**. edepol prinſ quiſquam **FZ** 461. *Sic* **R**.

DEMIPHO.

Censén certum esse? quín ad nauem iam hínc eo:
'Ibi uaenibit.

CHARINVS.

Vín me tecum illo íre?

DEMIPHO.

Nolo.

CHARINVS.

Nón places.

DEMIPHO.

Méliust te, quae súnt mandatae rés tibi, praeuórtier.

CHARINVS.

Tú prohibes.

DEMIPHO.

At me íncusato: té fecisse sédulo.
'Ad portum ne bítas, deico iám tibi.

CHARINVS.

Auscultábitur.

DEMIPHO.

'Ibo ad portum. ne híc resciscat, caúto opust. non ípse emam,

---

CERTUMNEST CENSENCERTUMESSEQUIN ***A***. CH. Certum eſt. DE. cenſen certum eſſe quin ***BCDF***. Certum eſt. CH. cenſoſ certum eſſe. DE. quin ***Z***. *Absque* ***A*** *esset, placeret Lachmanni correctio:* Certumst. CH. censen certum id esse? nauem ***B***. nauim *reliqui* hinc] nunc ***F*** 462. uenibit *libri cum* ***A*** placeſ ***CDFZ*** *cum* ***A***. placet *cum rasura post eam vocem* ***B***. placeo *'alibi legi' Pius scribit. Vni* DEMIPHONI nolo: non placet. Meliust *continuabat Acidalius: non hercle male* 463. Meliuſt te ***CDFZ***. Moliuſ itẽ ***B***. MELIUSTE ***A*** que ***B*** treſ ***B*** praeuotier ***C*** 464· MEINCUSATO ***A***. te excuſato *reliqui* sedulo *om.* ***Z*** 465. BITAS ***A***, *Camerarius.* uitaſ ***B***. biteſ ***CD***. ibiſ ***F***. ireſ ***Z***: *sed* biteſ *iam Scutarius* DEICO *pro* dico ***A*** 466. PORTUMNE ***A***. portum

Séd Lysimacho amíco mandabo: ís se ad portum deíxerat
'Ire dudum. mé moror, quom heic ásto.

CHARINVS.

Nullus sum: óccidi.

CHARINVS. EVTYCHVS.

CHARINVS.

Péntheum dirípuisse aiunt Bácchas: nugas máxumas
Füisse credo, praé quo pacto égo diuorsus dístrahor.
Qúr ego ueiuo? qúr non morior? quíd mist in uitá boni?
Cértumst, ibo ad médicum atque ibi me tóxico mortí dabo:
Quándo id mi adimitúr, qua causa uítam cupio uíuere.

EVTYCHVS.

Máne, mane obsecró, Charine.

CHARINVS.

Quís me reuocat?

---

et ne *reliqui* OPUST **A**, **Z**. opuſ eſt *reliqui* 467. Sed ꝟ lyſimacho **B** lyſima(e)ho **C**. liſimacho **D** is se] eſſe **B** DEIXERAT *pro* dix. **A** 468. QUOMHEIC **A**. cum hic *reliqui* aſſto **C**. adſto **Z**. ASTO *etiam* **A**

Act. II. Scaen. 4. CHARINUS EUTEYCHUS **A**, *ut visum est.* CHARINVS EVTICVS ADOLESCENTES **B**. CHARINVS EVTYCHVS ADVLESCENTES B. H. C. **C** *(sic)*. CHARINVS EVTICHVS **DFZ**, *nisi quod* EVTYCVS **F**, EVTYCHVS **Z** 469. bachaſ **DF**. ba(e)haſ **C** maximaſ **BZ** *cum* **A** 470. prae quo **R**. praeut quo *libri cum* **A**. *Transponebat'* prae quo pacto ut ego *Lachmannus* 471. QUR **A** *bis.* Cur *libri bis* UEIUO *pro* uiuo **A** mihiſt *(vel* m(i)ſt, *quod eodem valet)* in uita **CFZ** *et* in *sup. scr.* **D**. mihi ſuſtinuit **B**. MIHI ESTINUITA **A** 472. CERTUNST **A**. certumſt **FZ**. Certum eſt **BCD** me ibi **B** 474. quis **R**. qui *libri cum* **A** eutichuſ **D**.

EVTYCHVS.

Eútychus,

Túus amicus ét sodalis ét uicinus próxumus.

CHARINVS.

Nón tu scis, quantúm malarum rérum sustineám.

EVTYCHVS.

Scio.

'Omnia ego istaec aúscultaui ab óstio: omnem rém scio.

CHARINVS.

Quíd id est quod scis?

EVTYCHVS.

Túus pater uolt uéndere

CHARINVS.

Omnem rém tenes.

EVTYCHVS.

Túam amicam

CHARINVS.

Nímium multum scís.

EVTYCHVS.

Tueis ingráticis.

CHARINVS.

Plúrumum tu sceís. sed quei sceis méam esse amicam illám?

EVTYCHVS.

[Tatae,]

Túte heri ipsus míhi narrasti.

---

eutihuf (e above) **C** 475. SODALISETUICINUS **A**. fodalif fimul uicinuf *reliqui. Vide Prol. Trin. p.* CXLV proximuf **Z** 476. Non] Nam *Lambinus codd. ant. commemorans* 477. Omni **B** ego *om.* **F** ifte **C** hoftio **FZ** 478. uult **BFZ** 479. *Vide ad v. 181* TUEISINGRATIEIS **A**. tuif ingratiif **BCD**. tuif (*vel* tu if) ingratuf **FZ** 480. Piurimum *omnes* SCEISSEDQUEISCEIS *pro* fcif fed qui fcif **A** MEAMESSEAMICAMILLAM **A**: *quo servato addidi* Tatae *in fine: quan-*

CHARINVS.

Sátin' ut oblitús fui

Tíbi me narrauísse?

EVTYCHVS.

Haud mirum fáctumst.

CHARINVS.

Te nunc cónsulo:

Résponde, quo léto censes me út peream potíssumum?

EVTYCHVS.

Nón taces? caue tu ístuc dixis.

CHARINVS.

Quíd uis me igitur dícere?

EVTYCHVS.

Vín patri sublínere pulcre me ós tuo?

CHARINVS.

Sané uolo.

EVTYCHVS.

Vísne eam ad portúm?

CHARINVS.

Quid potius quám uoles?

EVTYCHVS.

Atque éximam

Múlierem pretió?

---

quam etiam aliis interiectionibus locus est. eſſe amicam illam meam *reliqui* 481. eri **D** narraſti **B**. NARRAUISTI **A**. *om. reliqui* ſatin **B**. ſtatim *reliqui* 482. factum eſt **BDbZ** 483. quo uolet óccenſeſ me **B** loeto **CD** ut peream censes me *Lachmannus* potiſſimum *libri cum* **A** 484. tu **AB**. *om. reliqui* iſtic **Da** dixeriſ **Z** 485. Vim **BD** patriſ *ante ras.* **B** ſublinere **BbCDb**. ſubliniere **Ba**. ſublimere **Da**. ſublinire **FZ**, *Scioppius Susp. lect. I, 12* me os *Camerarius:* MEOS **A**, meoſ **B**. oſ *reliqui* 486. quid potiuſ **FZ**, *codd. Pyladis.* QUI•POTIUS **A**. qui potiuſ **BCD**, *nisi quod* pociuſ **C** eximiam **Z** 487. precio **CF**. pręcio **Z** quid *Pylades.* qui *libri, etiam* **A** *ut videtur. Frustra est Dousa Expl. III, 15*

CHARINVS.

Quid potius quam aúro expendas?

EVTYCHVS.

'Vnde erit?

CHARINVS.

'Achillem orabo, ut aúrum mihi det, Héctor qui expensús fuit.

EVTYCHVS.

Sánunes?

CHARINVS.

Pol sánus si sim, nón te medicum mi éxpetam.

EVTYCHVS.

Tánti quanti póscit, uin tanti íllam emi?

CHARINVS.

Immo auctárium

'Adicito, uel mílle nummum plús quam poscet.

EVTYCHVS.

Iám tace.

Séd quis ais? unde érit argentum quód des, quom poscét pater?

---

unde erit *Guyetus.* UN *in fine versus dissecti apparuit in* ***A***. unde ateritiſ ***BCDF***. uude atteritiſ ***Z***. unde autem erit id *'prisca exemplaria' Pii.* unde id erit *Saracenus.* unde at id *Pylades, Acidalius.* unde? CH. ab Atridis *et* unde aderit id *et* uude? CH. at erit aes *triplici conamine Bothius. Non magis simplicem veritatem Handius Turs. I, p. 443 vidit*

488. Achillem orabo ut aurum mihi ***R***. Achillem oraho aurum mihi ***BCD***, *nisi quod* Achille morabo ***B***, achillṽ ***Db***. achillem orabo aurum mihi ut ***FZ***. AOHILLEMORABOAUR — *apparuit in* ***A***. Achilem *Bothius olim*

489. nou] prae ***FZ*** medicinum ***C*** 490. emi? CH. immo auctarium *Pareus: cui* emi a me? CH. auctarium *merito posthabebis.* emi? CH. auctarium ***BCDFZ***: *quod non nescio defendi posse.* EMI AUCTORARIUM ***A***: *quod defendere nescio. Spectare huc Festum Paulli p. 14 putant:* 'auctarium dicebant antiqui, quod super meusuram uel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus uocatur iu modio'. *Ceterum* uiu tauti emier illam *Bothius olim,* uin tu tanti emi illam *cum Pylade transponens Lachmannus*

491. adiicito ***Z***. abdicito ***F***. ADICITO *etiam* ***A*** millenum num pluſ ***B***. mille mummum pluſ ***D***. MILENUMMUMPLUS ***A*** 492. des *om.*

CHARINVS.

'Inuenietur, éxquiretur, áliqui fict.

EVTYCHVS.

Énicas.

Iám istuc 'aliqui fíct' metuo.

CHARINVS.

Quín taces?

EVTYCHVS.

Muto ímperas.

CHARINVS.

Sátin' istuc mandátumst?

EVTYCHVS.

Potin ut áliud cures?

CHARINVS.

Nón potest.

EVTYCHVS.

Béne uale.

CHARINVS.

Non édepol possum príus quam tu ad me rédieris.

EVTYCHVS.

Méliust, sanus sí sis.

CHARINVS.

Vale, uince ét me serua.

F QVOM **A**. qm̃ **B**. cum *reliqui* 493. aliqui **R**. aliquid *libri cum* (**A**) 494. aliqui **R**. aliquid *libri cum* (**A**) metua **C** qui **DFZ** 495. mandatumſt **DbF**: mendatumſt **Da**. mandatũſt **BZ**. mandatſt **C** aliquid **Z** 497. Meliust, sanus si sis **R**. MELIVS ISAN — *ab initio apparuit in* **A**. Meliuſ ſanuſ ſiſ *reliqui* uale uince

EVTYCHVS.

Ego féccro.

Dómi maneto me.

CHARINVS.

Érgo actutum fáce cum praeda récipias.

---

libri, nisi quod uale *sup. scr.* ***D***. uale et uince *Camerarius* 498. me ergo. CH. actutum ***Z***. *Fuitne fortasse* me. CH. eo te actutum — ? face cum praeda ***B***: *defensum a Scioppio Susp. lect. III, 11.* face: cum praedam *reliqui.* face: praedam ut *'ex ant. codd.' Pylades: quod saltem* face uti praedam *esse debebat.* face, cum praeda me ut *Dousa fil.*

ACTVS III.

LYSIMACHVS. PASICOMPSA.

LYSIMACHVS.

Amíce amico operám dedi: uicínus quod rogáuit,
Hoc émi mercimónium. mea és tu: sequere sánc.
Ne plóra. nimis stulté facis: oculós corrumpis tális.
Quin tíbi quidem, quod rídeas, magis ést quam ut lamentére.

PASICOMPSA.

Amábo ecastor, mí senex, elóquere

LYSIMACHVS.

Exquire quíduis.

PASICOMPSA.

Qur émeris me.

LYSIMACHVS.

Téne ego? ut, quod ímperetur, fácias:
Item átque, tu mihi si ímperes, ego fáciam.

Act. III. Scaen. 1. LISIMACHVS SENEX. PASICOMPSA MERETRIX **B** *et, nisi quod* LYS., **C**. LYSIMACHVS PASICOMPSA **DFZ** 500. oc **D** 501. corumpiſ **C** taleſ **F** 502. QUIN **A**, *Pylades.* Quid **B**. Qui *reliqui* quod *om.* **F**. quid **Z** 504. QUR EMERIS **A**. Cur empriſ **CDa**. Curem priuſ **B**. Cur emeriſ **DbFZ** impareſ **Z** factaſ **B** 505. Item atque, tu mihi si imp. **R**, *quan-*

PASICOMPSA.

Facere cértumst

Pro cópia et sapiéntia, quae té uelle arbitrábor.

LYSIMACHVS.

Labóriosi nfl tibi quicquam óperis imperábo.

PASICOMPSA.

Namque édepol equidem, mí senex, non dídici baioláre

Nec pécua ruri páscere nec púeros nutricáre.

LYSIMACHVS.

Bona si ésse ueis, bene erít tibi.

PASICOMPSA.

Tum pól ego perii míscra.

LYSIMACHVS.

Qui?

PASICOMPSA.

Quía illi, unde huc aduécta sum, malís bene esse sólitumst.

LYSIMACHVS.

Quasi dícas nullam múlierem bonam ésse.

---

quam constructione non sane Plautina. Item quod tu mihi ſi imp. *libri cum* ***A***, *nisi quod* quid ***DFZ***. Item quod tu mihi imp. *Camerarius* CERTUNST ***A***. certum eſt ***B***. certuſt ***C***. certum ***DFZ*** 506. ſapieucia ***C*** que ***B*** 507. Laboriosi *Pius.* Laborioſe *libri* 508. Namque ***AB***. nam ***CD***. uon ***FZ*** ędepol ***C*** equidem, *non* quidem, *omnes cum* ***A***: *et sic Bentleius in Heautont. I, 1, 91* baiolare ***BCD***. baiulare ***FZ*** 509. PECUA ***A***, ***Z*** *et hunc v. afferens Priscianus VI p. 719 (t. I p. 279 Kr.).* peculia ***B***. pecula ***CDF*** neque *a Pylade est.* NEC *etiam* ***A*** *et Prisc., item Bentleius* 510. UEIS *pro* uiſ ***A*** 511. illi *Bothius.* illim ***BC*** (illimunde *iungens* ***B***). illũ ***D***. illuc ***FZ***. illic *Camerarius, simul* aduecta huc *transponens. Dubitabat Handius Turs. III p. 214* huc *om.* ***F*** mali ***C***. *Nugatur de* malis *Palmerius p. 873* esse *om.* ***Z*** ſolituſt ***Da***, ſolitũͤſt ***Db*** 512. 513. 514 *hoc ordine* ***A***: *quos reliqui sic collocant* 513. 514. 512. *Suspicari tamen licet praeterea intercidisse aliquem versum post 512* 512. diciaſ ***D*** bo *c corr.* ***C*** ͤſſe ***D***

PASIOOMPSA.

Haud equidem díco:
Nec mós meust ut praédicem, quod ego ómnis scire crédam.

LYSIMACHVS.

Orátio edepol plúris est huiúsce, quam quanti émptast.
Rogáre hoc unum té uolo.

PASICOMPSA.

Rogánti respondébo.

LYSIMAOHVS.

Quid aís tu: quod nomén tibi deicam ésse?

PASIOOMPSA.

Pasicómpsae.

LYSIMAOHVS.

Ex fórma nomen índitumst. sed quíd ais, Pasicómpsa:
Possín tu, si usus uénerit, subtémen tenue nére?

PASIOOMPSA.

Possúm.

LYSIMACHVS.

Si tenue scís, scio te ubérius posse nére.

PASICOMPSA.

De lánificio néminem metuo, úna aetate quaé sit.

LYSIMACHVS.

Bonae hércle te frugi árbitro, a matúra iam inde aetáte

---

513. meuſt ***CDaZ***. meuſ eſt ***BDbF*** omniſ *omnes* cire ***C*** 514. huiusce quam quanti ***R***. hniuſ quam quanti haec *libri, nisi quod* hec ***B***. *Quod saltem ea esse debuerat* empta eſt ***Z***. nupta eſt ***F*** 515. ROGAREUNUM *ab initio versus* ***A***, *in quo reliqua evanuere: unde credibile est* Rogáre unum hoc ego té uolo *scripsisse Plautum* te *om.* ***Z*** 516. Quiſ ***F*** DEICAM *pro* dicam ***A*** paſicompſe ***B*** 517. inditum eſt ***Z***. iudicium eſt ***F*** 518. ſubte mentē teuere ***B***. ſubtegmen teuue uere ***DcFZ***, *nisi quod* ſub tegmeu ***Z*** 519. Poſſum *omnes*. Possim *Aldina* teuueſ ſcio te uberiuſ poſſe teuere ***B*** 521. Bouae hercle te frugi ***R***. BONAHERCLETEFRUGE ***A***. Bouam hercl

Quom fácere officium scís tuum, muliér.

PASICOMPSA.

Pol docte dídici:

Operam áccusari nón sinam meam.

LYSIMACHVS.

Ém, istaec hercle rés est:

Ouém tibi eceillám dabo, natam ánnos sexagínta,

Pecúliarem.

PASICOMPSA.

Meí senex, tam uétulam?

LYSIMACHVS.

Generis graécist.

Eam seí curabeis, pérbonast: tondétur nimium scíte.

PASICOMPSA.

Honóris causa, quícquid est quod dábitur, gratum habébo.

LYSIMACHVS.

Nunc, múlier, nei frustrá sies, mea nón es: ne arbitrére.

---

te et frugi *reliqui, nisi quod* ercle **C** arbitre a matura **R**. arbitror matura *libri* inde *libri cum* **A**. indu *Lipsius*. de *Bethius* 522. QVOM **A**, **F**. Qm̃ **B**. cum *reliqui*. Quoniam *Camerarius: quo servato* facere *delebat Hermannus* facere officium scis (*vel* officium facere scis) **R**. feif facere efficium *libri cum* **A**, *nisi quod* offitium **B** tuum mulier. PA. pel **B**. tuum mulier pol **CDa**. tuum. PA. mulier pol **DbZ**. tuum. PA. muliere pel **F**: *unde* tuum. PA. a muliere *Restius p. 262* decte didici **R**. decta didicl *libri, nisi quod* pocta **Ba**. a decta didlci *Dousa*. docta dico *Palmerius p. 882* 523. LY.] *spatium* **BCDa** EM **A**, **B**. hem *reliqui* iftec **Z** 524. Ouem *'prisca exemplaria' Pii*. Quem **BCD** *cum* **A**. Quin **F**. Qui **Z** tibi eccillam *Bethius*. tibi ecce illam **CDFZ**, *'prisca exemplaria' Pii*. TIB•••LLAM (tlbei illam?) **A**. tibi ancillam **B**, *permiro iudicio inde a Camerario propagatum, nec Grutero suspectum in Appulei. t. III p. 435 sq. Oud.* 525. MEI *pro* mi **A** uetula **F**. ueluta **Z**. uellutam *'prisca exemplaria' Pii* generl (e) **Z** graeci est *Camerarius*. gracift **B**. grãft **CDa**. grãft **Db**. gratiaft **Z**. gratia eft **F**. Graii est *Palmerius p. 703* 526. SEICVRABEIS *pro* fi curabif **A**: *quorum neutrum obscurare volui* perbena eft **FZ** (*non* **A**) toudetur. LYS. nimium **C** 528. LY. *om.* **C** ne frustra sies

PASICOMPSA.

Dic ígitur quaeso, quóia sum?

LYSIMACHVS.

Tuo eró redempta's rúrsum.

Ego té redemi illi: ílle mecum oráuit.

PASICOMPSA.

Animus rédieit,

Sei mécum seruatúr fides.

LYSIMACHVS.

Bono ánimo's: liberábit

Ille té homo: ita edepol déperit: atque hódie primum uídit.

PASICOMPSA.

Ecástor iam biénniumst, quom mécum rem occeptáuit.

LYSIMACHVS.

Quid aís tu? iam biénniumst, quom habét rem tecum?

PASICOMPSA.

Cérto.

Nunc quándo amicum té scio esse illíus, indicábo.

Bothius. neu fruſtra ſiſ **B**. ne tu fruſtra ſiſ **CDF** *et, ut visum est,* **A**. ne tu fruſtraſſiſ **Z** me **CD** arbitrer **B** 529. ꝛ. igitur ꝛ. dio **D** queſo **B** cuia ſum **CFZ**. cui aſum **D**. cui' ſum **B** REDEMPTAS **A**. redempta eſ *reliqui* *Ceterum de hoc v. vide praefationem* 530. SEI **A**. Si *reliqui* te redemi illi: ille mecum **R**. TEREDEMIILLIMECUM **A**. te redemi ille me *reliqui.* te redimerem, ille me *Pylades, non male.* redemi te, ille me *Camerarius. Corruptela non fugit Fleckeisenum Exerc. p. 37* REDIEIT *pro* rediit **A** 531. animo eſ *libri* liberabat **Z** 532. ITA **A**, **B**. *om. reliqui* 533. ecaſtorium **D**. ecaſtor *sine* iam **F** BIENNIUNST **A**. bieuuium eſt **Z** QUOM **A**. cum *reliqui* occeptauit **R**. COEPIT **A**. cępit **B**. cepit **CDF**. coeperit **Z**. ille coepit *Pylades.* coepit habere *Camerarius* 534. 535 *hoc ordine Acidalius: inverso libri cum* **A** 534. BIENNIUMST **A**, **B**. biennium eſt *reliqui* QCOMHABETREMTECUM **A**. cum tecum rem habet *reliqui.* c. t. habet rem *Pylades* certo] rt *e corr.* **C**. certe **Z** 535. INCABO **A**

Intér nos coniuráuimus, nisi cúm illo ego et ille mécum,
Neutér stupri causá caput limáret.

LYSIMACHVS.

Di immortáles,
Etiám cum uxore nón cubet?

PASICOMPSA.

Amábo te, an marítust?
Neque ést neque erit.

LYSIMACHVS.

Nolím quidem. homo hércle periuráuit.

PASICOMPSA.

Nullum áduleseentem plús amo.

LYSIMACHVS.

Puer ést ille quidem, stúlta:
Nam illí quidem haut sané diust quom déntes excidérunt.

PASICOMPSA.

Quid, déntes?

LYSIMACHVS.

Nihil est: séquere sis huc mé. diem unum oráuit
Vt áput me praehiberém locum, ideó quia uxor rúrist.

---

536. *Sic* **R** *sublatis glossematis, quibus duo in* **BCDFZ** *versus enati:*
Et inter nof coniurauimuf, ego cum illo et ille mecum,
Ego cum uiro et ille cum muliere, nisi cum illo aut ille mecum
nisi quod cūiurauimuf **D**. *Quorum altero omisso solum priorem* **A** *servat,* ILLOAUTILLE *exhibens pro* illo et ille   537. CAUSSA **A** *praeter morem* limaret **B** *cum* **A**, *Saracenus, Pius.* liniaret *reliqui*   DI *pro* dii **A**   538. te **R**. *om. libri cum* **A**   an marituf eft **FZ**. Amaturuft **CD**. amaturuf. **B**. an est maritus *Bothius*   539. quidem. homo h. peri. PAS. Nullum *Acidalius.* quidem. PAS. homo h. peri. Nullum *libri, nisi quod* quideft **C**   540. adul. *omnes cum* **A**   541. haut *pro* haud **C** DIUST **A**, **Z**. diu fi **CD**. diuifi **B**. diu eft **F**   QUOM **A**. qm̄ **B**. cum *reliqui*   exciderunt **B**. exciderit **C**. exciderint *reliqui*
542. demef **C**   LYS. *om.* **B**. PAS. **C**   fcif **F**   543. APUT **A**. aud **C**. apud *reliqui*   me *om.* **B**   prehib. **CD**. perhib. **F**. prohib. **Z**   ideo quia] ID.... QUIA **A**: *quod non expedio*   ruri eft *libri*

DEMIPHO.

Tandem ímpetraui, me égomet ut corrúmperem:
Emptást amica clám uxorem et clam fílium.
Certúmst: antiqua récolam et seruibó mihi.
Breue réliqüom iam uítae spatiumst: [íd igitur]
Voluptáte, uino, amóre delectáuero.
Nam hanc béne se habere aetátem nimiost aéquius.
Adulésens quom seis, túm quomst sanguis ínteger,
Rei té quaerundae cónuenit operám dare.
Demum ígitur, quom seis iám senex, tum in ótium
Te eónloces, dum pótis ames: id iám lucrist,

Act. III. Scaen. 2. DEMIPHO SENEX **BC**. *om.* **Da**. DEMIPHO **DbFZ** 544. impetraui me egomet nt **R**. IMPETRAUI•••••••UT **A**. impetraui ut egomet me *reliqui* 545. EMPTASTAMICA **A**, **F**. empſtamica **C**. empſtamica (ta) **Da**, empſtamica (tae) **Db**. empta eſt amica **BZ** uxorem et clam filium **R**. UXOREMETCLAMFILIAM **A**. nxorẽ et iam (&iam **D**) filio **BCD**. uxore et filio **FZ**. uxore mea et filio *Camerarius*. uxorem et clam filio *Bothius* 546. Certnmſt **BCZ**. CERTUNST **A**. certum eſt **DF** ut feruibo **FZ**. et re feruibo **C** 547. *Sic* **R** *(coll. Ter. Eun. V, 2, 15).* BREUEIAMRELIQUOMUITAESPATIUMST— **A**, *in quo cetera legi non potuerunt,* UITAE *autem litterae non satis certae visae sunt.* Decurſo in spatio breue quod uitae reliquumſt *reliqui, nisi quod* decurſu *ante corr.* **D**, ſpacio **CZ**, uita ere licuum ſt **B**, eſt **F**. *Vbi* Decurso iam spatio *Gruterus*, Decnrſo inſpatio *Lachmannus in Lucr. IV, 283, interpretatus* ſpatio 548. amore **R**. et amore *libri cum* **A** delecta uero **B** 549. bene se **R**. ſe bene *libri cum* **A** nimio eſt **FZ** *(non* **A**) equiuſ **BCD** 550 Adol. **CF** *(non* **A**) QUOMSEISTUMQUOM **A**. cum ſiſ tum cum **CDFZ**. cum ſiſ tecum cnm **B** eſt *libri cum* **A** 551. te **R**. tuae *libri cum* **A**, *nisi quod* tui **F**. *om. Guyetus* QUAERUNDAE **A**. querendae *reliqui* conueuit te *Bothius deleto* tuae 552. *Sic* **R**. QUOM•••SIAMSENEX•••••OTIUM **A**. cum ſi ſim (ſum **D**) ſenex tunc in otium **CD**. cum ſiſ ſenex tuuc in otium **BFZ**: *ubi* seuex sis *Pylades* 553. coulocef *pro* coll. **AB** POTISAMESIDIAM **A**. poteſt uerſidiã **B**. poteſt aue ſidiam **CDa**, *ubi* poteſ ſaue **Db**. poteſ ſane id iam **F**. poteſ

Quor uíuas. hoc ut díco, factis pérsequar.
Intérea tamen huc ád me interuisám domum.
Vxór me exspectat iám dudum esuriéns domi:
Iam iúrgio enicábit, si intro rédiero.
Verum hércle postremo útut est, non ibó tamen,
Sed húnc uicinum príus conueniam quám domum
Redeam. út mihi aedis áliquas conducát uolo,
Vbi hábitet istaec múlier. atque eccum ít foras.

ſi ualeſ id iam **Z**. potestur: id iam *Camerarius, et sic transponens* Te, dum p., coll. *Acidalius.* pota, ee, sauies: id iam *sine* dum *Palmerius p. 872.* pote, et ames: si id iam *Bothius* lucrist **R**. LUCRIMEST (*sic*) **A**. lucroſt **BCDaZ**. lucro eſt **DbF** 554. Quor uinas **R**: *nisi aliud subest.* Quod uinie *Camerarius.* Quod uniuſ **D**. Quod u•ni niſ **C**. Quod uno uiſ **B**. Qnomiunſ **Z**. Cominuſ **F** 555. *Sic Dousa fil. Duo versus continui in* **CD** *sunt:*

Nnuc tamen interea ad me huc iuuiſam domum
Interea tameu huc iutro ad me iuuiſam domum

nisi quod Nec *pro* Nunc **D**. *Quorum priorem om.* **FZ**. *Vnum hunc* Interea tameu interea ad me huc iuuiſam domum **B** *servat. Item unus in* **A** *est, cuius tantum initium legi potuit* NUNCTAMEN —. *Minus placuit versus forma talis:*

Nunc támen interea huc ád me interuisám domnm

(*vel adeo* N. t. iuterea intro ad me huc iun. d.) 556. exſpectanti au dudum **B** exurienſ **Z** 557. iam *om.* **C** iurgo **Da** 559. domi **Z** 560. nt] is *praestiterit* ediſ **D** 561. iſtec **CZ** it] nt **CD**, *sed* ịt **Cb**

LYSIMACHVS. DEMIPHO.

LYSIMACHVS.

Addúcam ego illum iam ád te, si conuénero.

DEMIPHO.

Me dícit.

LYSIMACHVS.

Quid ais, Démipho?

DEMIPHO.

Est muliér domi?

LYSIMACHVS.

Quid cénses?

DEMIPHO.

Quid, si uísam?

LYSIMACHVS.

Quid properás? [mane.]

DEMIPHO.

Quid fáciam?

LYSIMACHVS.

Quod opust fácto, facito ut cógites.

DEMIPHO.

Quid cógitem? equidem hercle ópus hoc facto exaéstumo,
Vt illo íntro eam.

Act. III. Scaen. 3. LISIMACHVS DEMIPHO SENES ·II· **B** *et, nisi quod* LYS., **C**. LYSIMACHVS DEMIPHO **BFZ** 262. Abducam **F** illam **DaFZ** te ficut uenero **FZ** 563. dicif **B** 564. Quid censes *Demiphoni continuat Bothius* ni **F** mane *Pylades. om. libri* 565. opuf eft *libri* facto facito **B**. facto **CDa**. facito **DbFZ** 566. exaestumo **R**: *vide Monum. epigr. tria p. 21 sq.* exeftimo **B**. exiftimo **CDZ**. exiftumo **F** 567. Vt illo **R**. Vt illuc *libri*. Vt *Guyetus* Ita me **Z** uero *om. Pareus servato* illuc ueruex **B**. uerbex *reliqui*

LYSIMACHVS.

Itane uéro, ueruex? íntro eas?

DEMIPHO.

Quid áliud faciam?

LYSIMACHVS.

Príus ausculta atque húc ades:
Prius étiamst, quod te fácere ego aequom cénseo.
Nam núnc si illuc intro íeris, amplectí uoles,
Confábulari atque aúsculari.

DEMIPHO.

Tú quidem
Meum ánimum gestas: scís quid acturús siem.

LYSIMACHVS.

Peruórse facies.

DEMIPHO.

Quódne amem?

LYSIMACHVS.

Tantó minus.
Ieiúnitatis plénus, anima foétida,
Senéx hirquosus, tu aúsculere múlierem?
Vtíne adueniens uómitum excutias múlieri?

DEMIPHO.

Scio pól te amare, quóm istaec praemonstrás mihi.

---

568. auscuita atque huc ***R***. hoc aufcuita atque hoo ***CD***. hoc aufculta atque hio ***FZ***. hoc aufculta atque ***B*** 569. etiam eft ***FZ*** quo ***C***. qm̄ ***B*** equum ***BCDF***. ęquum ***Z*** 570. illuo ***B***. illo *reliqui: quo servato debebant* si tu illo introierif ***B***. introirif ***CD***. introiref ***FZ*** 571. aufculari ***CD***. aufcultari ***B***. ofculari ***FZ*** 572. quod ***FZ*** slem *Pylades.* fim *libri* 573. quodne amem *Scaliger.* quod ne amef *libri.* quin ne amem *'codd. ant.' Pii* 574. ielunitatif *Nonius p. 233.* ianutatif ***CDa***. iam ętatif ***DbFZ***. Iam etatif ***B*** fetlda ***BF***, *Nonius, e cuius cod. Pal.* animam foetidat *profert Pareus* 575. hirquosus tu] uirquofuftu ***B***. ircofuf tu ***CD***. hircofuf tu ***Z***. hyrcofuf tu ***F*** aufculere ***BCDa***. ofculere ***DbFZ*** 577. DEM.

Quid, si ígitur cenam fáciam? hoc si censés, coquom
Aliquem árripiamus, prándium qui pércoquat
Apút te hic usque ad uésperum.

LYSIMACHVS.

Em, istuc cénseo:
Nunc tú sapienter lóqueris et amatórie.

DEMIPHO.

Quid stámus? quin ergo ímus atque obsónium
Curámus, pulcre ut símus?

LYSIMACHVS.

Equidem té sequor.
Atqui hércle inuenies tú locum illi, sí sapis:
Nullum hércle praeter húnc diem illa apúd me erit.
Metuo égo iam uxorem, crás si rure redíerit,
Ne illam híc offendat.

DEMIPHO.

Rés paratast: séquere me.

FZ. *om.* ***BCD*** qm̃ ***B***. cnm ***CF*** iftec ***C*** mi ***Z*** 578. DEM. ***B***. *om. reliqui*. LYS. *Pylades* quod ***FZ*** coenam faciam? hoc *Pius*. coenam faciam? DEM. hoo *Pylades*. unam factam hoc ***DZ*** *et, nisi quod* una, ***F***. unum factã hoc ***C***. unum factum hoc ***B***. unum faciam? hoc *Gulielmus*: unum faciam hoc? *Acidalius*. unum rectum hoc *Guyetus*. *Liberius Palmerius p. 872:* Qnid igitnr, si hoc bonum factum censes cenſ ***Da***, cenſ (ſeſ) ***Db*** coquom ***B***. coquum *reliqui* 580. Aput ***B***. Apud *reliqui* hem ***FZ*** 581. loqueris et amatorie *Guyetus: item Reizius*. loquere atque amatori ***BCD***. loquere atque amatorie ***FZ***. loqueris atque amatorie *Pylades*. *Fortasse fuit* loquere nt amatore[m decet] 583. Curamus *Camerarius*. Curemuſ *libri* pulche ***C***. pulchre *reliqui* ſcimuſ ***F*** 584 Atqui ***R***. Atque *libri* illic ***B*** 585. Nulum ***C*** hercle *om.* ***B*** preter ***C*** 586. iam ***R***. *om. libri* 587. parata eſt ***FZ*** (***D***?)

CHARINVS. EVTYCHVS.

CHARINVS.

Súmne ego homo misér, qui nusquam béne queo quiéscere?
Sí domi sum, fóris est animus: sín foris sum, animús domist.
'Ita mi in pectore átque in corde fácit amor incéndium:
Ní oculi lacrumís defendant, iam árdeat credó caput.
Spém teneo, salútem amisi: rédeat an non, néscio.
Si ópprimit patér, quod dixit, éxsolatum abiít salus:
Sín sodalis, quód promisit, fécit, * * * *
Séd tandem, tam etsí podagrosis pédibus esset Eútychus,
Iam á portu redísse potuit. íd ei uitium máxumumst,
Quód nimis tardus ést aduorsum méi animi senténtiam.
Séd isnest, quem curréntem uideo? is ípsus est. ibo óbuiam.

Act. III. Scaen. 4. CHARINVS EVTICVS ADOLESCENTES DVO **B**. CHARINVS EVTYCHVS ADOLESCENS ·II· **C**. *om.* **Da**. CHA EVTIC' **Db**. CHARINVS EVTYCHVS **Z** *et, nisi quod* EVTYCVS, **F** 588. homo *om.* **Z** 589. forif ſt **C** sin] ſi **F** forif ē ſum **B** domi ſt **D**. domi eſt **FZ** 591. oculi lacrimis defendant **R**: *nisi nominativi forma* oculis *subest, de qua dixi Mus. phil. Rh. n. IX p. 156 sqq.* oculoſ lacrime defondat **B**. ex oculiſ lacrumae defendant **C** *et, nisi quod* defendat, **D**. ex oculiſ lacrume deſcendant **F** *et, nisi quod* lachrymę, **Z**. oculi lacrimas defendant *Scaliger* 592. Spem teneo] *vix sana sunt* 593. pater nos, uixid *Palmerius p. 973* exſolatum **B**: *quod servandum duxi.* exſulatum **C**. exulatum **DFZ** 594. fecit, non abiit (habiit **D**) ſaiuſ *libri: manifesto glossemate. Scriptum esse potuit* protinam redierit *vel* redituram arbitror *vel aliquid simile* 595. tandem, tametsi podagrosis **R**. tamen demſipo dragoſiſ **B**. tamen (tam̃ **D**) dempſi podagroſiſ **CD**. tandem ſi podagroſiſ **Z** *et, nisi quod* ped., **F**. tandem iam si p. *Acidalius* (*delens proximo v.* Iam). tandem etiam si p. *Guyetus.* iamdudum, si p. *Bothius.* tamen idem, si p. *idem nuper* isset *Palmerius* eutichuſ **BCD** 596. Iam adportu **B** rediiſſe **Z** maximumſt **FZ**. maximum eſt **C** 597. mei *om.* **B** 598. Sed iſ neſt **F**. Sed iſ ne eſt **Z**. Sed ineſt **BC**. Sedi nē **D** is *Acidalius.*

Núnc quid restat? eí, disperii. uóltus neutiquam huiús placet.
Trístis cedit: péctus ardet: haéret pes: quassát caput.
Eútyche.

EVTYCHVS.

Eu, Charíne.

CHARINVS.

Prius quam récipias anhélitum,
Vno uerbo elóquere: ego ubi sum? hícine an apud mórtuos?

EVTYCHVS.

Néque apud mortuós neque hic es.

CHARINVS.

Sáluos sum: inmortálitas
Míhi datast. hic émit illam: púlcre os sublcuít patri.
'Impetrabiliór qui uiuat, núllust. set díc, óbsecro:
Sí neque hic neque 'Acherunti sum, úbi sum?

EVTYCHVS.

Nusquam géntium.

CHARINVS.

Dísperii: illaec ínteremit mé modo huius orátio.

---

om. *libri* *Sequuntur in libris duo versus ex act. V. scaen. 2 initio huc inculcati, deleri iussi ab Acidalio* 599. Nunc qnid ***CD***. Nunc quod ***BF***. Nnmqnid ***Z***. Nam qnid *Bothius olim* ei ***R***. et ei ***BCD***. et hei ***FZ***. hei *Saracenus*. eheu *Camerarius* uultuf ***B*** ne uti quam ***B*** 600. cedit *Bothius*. incedit *libri* pectns sarrit *Palmerius*. cor ardet *Guyetus* haeret pes ***R***. haereo ***BD***. hereo ***C***. heret ***FZ*** casat (*immo* cassat) *Guyetus* capud ***D*** 601. Eutiche ***BCD*** eu ***BCD***. heu ***Z***. elen ***F***. hens *Bothius* 602. ego ubi ***R***. ubi ego *libri* hiccine an ***FZ***. hinc iam ***Ba***, hi•c •an• ***Bb*** 603. faluof *pro* faluuf ***B*** inmort., *non* imm. *vel* ĩm., ***B*** 604. data eft *libri* emit mihi illam ***C*** *ante ras.* pulchrof *pro* pulchre of ***B*** pater ***Z*** 605. impenetrabilior ***CDF***, *codd. Lambini* nullust. set ***R***. nnlluf eft *libri* dic• ***B*** *cum rasura, Camerarius*. dico *reliqui* 606. achernnti ***B***. acheronti *reliqui* 607. difperi ***D*** illec ***CZ*** huius ***R***. *om. libri*. hic *Camerarius*. *Alia Fleckeisenus Exerc. p. 25*

Quícquid est, ad cápita rerum pérueni.

EVTYCHVS.

Primum ómnium

Périimus.

CHARINVS.

Quin tu íllud potius núntias quod néscio?
'Odiosast orátio, quom rém agas, longinquóm loqui.

EVTYCHVS.

Múlier alienátast abs te.

CHARINVS.

Eútyche, hoc capitál facis.

EVTYCHVS.

Quí?

CHARINVS.

Quia aequalem ét sodalem líberum ciuem énicas.

EVTYCHVS.

Né di sirint.

CHARINVS.

Démisisti gládium in iugulum: iám cadam.

EVTYCHVS.

Quaéso hercle, animum né desponde.

CHARINVS.

Núllust quem despóndeam.

---

temptabat 608. 609. 610 *hoc ordine Bothius*: 610. 608. 609 *libri* 608. Quicquid est] equidem **FZ** omnium **B**. *om. reliqui* 609. periimns *Pylades.* Perimuſ *libri* nuntiaſ] a *e corr.* **C** 610. Odiosa est oratio *Camerarius.* Hodie ſat ſt oratio **B**. odio ſane oratio **CD**. odioſa ne oratio **F**. odioſa ne oratio eſt **Z** cum *libri* rem aueas *Acidalius* longinquam loqui **B**. longinquū loqui **C** *et ut videtur* **D**. longinquum longinqui **FZ** 611. eſt *libri* eutiche **BCD** hoc **R**. hec **B**. *om. reliqui* 612. equalem **BC** liberum ciuem **B**. ciuem liberum *reliqui* 613. dii sirint *Camerarius.* deſierint **B**. deſerint **CD**. dixeriſ **FZ** in ingulum, iam *Camerarius.* ingulumiā **B**. ingulum iam **CDa**. in gulam iam **DbFZ** 614. Queſo

EVTYCHVS.

Né tibi istuc mágis diuidiae nón est quam mi hodié fuit.

CHARINVS.

Lóquere porro aliám malam rem: quoí east empta?

EVTYCHVS.

Néscio:

Iam áddicta atque abdúcta erat, quom ad pórtum uenio.

CHARINVS.

Vaé mihi:

Móntis tu quidém mali in me ardéntis iam dudúm iacis.
Pérge, excrucia, cárnufex, quandóquidem occepistí semel.

[CHARINVS.

[Díc, quis emit?

EVTYCHVS.

Néscio hercle.

CHARINVS.

Em, istúcinest operám dare
Bónum sodalem?

EVTYCHVS.

Quíd me facere uís?

BC nulluſ eſt *libri* 615. *Hunc v. huc revocavi, qui in libris est post 619* Ne **R**. Nec *libri*. Non *Varro de l. lat. VII, 60* diuidiae non est **R**. diuidiae eſt *libri*. diuidia eſt *Varro* 616. malam rem **B**. rem || Malam **CF**. rem || Mala **DZ**. *Mire argutatur Palmerius p. 873* quoi east **R**. cui eſt *libri*. quoinam est *Bothius* 617. adducta **B**. abdicta **F** qm̃ **B**. quom **F**. cum *reliqui* ue **C**. ueh **F** 618. Montiſ *et* ardentiſ *omnes* in *om.* **Z** 619. caruufexa **C**. carnifexa **B**. carnifex **FZ** 620—624 *apertum est non eiusdem vel poetae vel recensionis esse, cuius sunt v. 616. 637* 620. Dii mihi quiſ **Z** em **BC**. $\overset{h}{\text{e}}$m **D** *ead. m.* hem **FZ** istuccine est *Camerarius*. iſtuc in

CHARINVS.

Idem quod mé uides:
'Vt pereas. quin pércontatu's, hóminis quae faciés foret,
Quí illam emisset: ĕo si pacto pósset indagárier
Múlier? heu me míserum.

EVTYCHVS.

Flere omítte. istuc quod núnc agis
* * * * * * *]

EVTYCHVS.

Quíd ego feci?

CHARINVS.

Pérdidisti me ét fidem mecúm tuam.

EVTYCHVS.

Dí sciunt culpám meam istanc nón esse ullam.

CHARINVS.

Eúgepae,
Dĕos absentis téstis memoras: quí ego istuc credám tibi?

EVTYCHVS.

Quín tibi in manúst quod credas: égo quod dicam, id mi ín manust.

ĕ **B**. iſtuc ineſt *reliqui* 621. uides] uiſ **FZ** 622. percuntatuſ **C**. percunctatuſ **D** paeieſ **BCDa** 623. eoſ ſi **B** indagari **F** 624. Mulier. heu me miſerum. Ev. fiere omitte **BCD**. mulier. heu me miſerum. Ev. fiere. CH. omitte **FZ**. Mulier. Ev. heu me miserum. CH. flere omitte *Camerarius* agis] *intercidisse apparet, quibus continuaretur sententia* 625. CH. Quid — Ev. perdidiſti **BC** 626. Ev. *om.* **BC** Dii **B** istic *Dousa filius.* istanc *post* nilam *collocatum Bothius* eugepae *Guyetus.* euge pape **B**: *quod tuetur Bentleius in Andr. II, 2, 8.* eugipe **C**, *sed e corr. eiusd. m.* eutihe **D**. eutyche **FZ** 627. abſentiſ teſteſ **B**. abſenteſ teſtiſ *reliqui* 628. Quin *Pistoris.* Quia *libri* manu eſt *libri* quo dicam **C** mi in *Bothius.* mihi ea in **BCDF**. mihi mea in **Z** manuſt *pro* manu

CHARINVS.

Dé istac re tu argútus es, ut pár pari respóndeas:
'Ad mandata claúdu's, caecus, mútus, mancus, débilis.
Prómittebas te ós sublinere mĕo patri; ego me crédidi
Hómini docto rém mandare: is lápidi mando máxumo.

EVTYCHVS.

Quíd ego facerem?

CHARINVS.

Quíd tu faceres, mén rogas? requaéreres,
Rógitares quis ésset aut unde ésset, qua prosápia:
Cíuisne esset án peregrinus.

EVTYCHVS.

Cíuem esse aibant 'Atticum.

CHARINVS.

'Vbi habitaret, ínuenires sáltem, nomen sí nequis.

EVTYCHVS.

Némo aiebat scíre.

CHARINVS.

At saltem hóminis faciem exquíreres.

EVTYCHVS.

Féci.

---

eſt ***B*** 629. tu ***R***. *om. libri* 630. clandus *vulgabatur* 631. te •oſ *cum ras.* ***B*** ſublimere ***CDa***. ſublinire ***DbF***. ſublinier ***Z*** ego me ***R***. egomet *libri* 632. mandare: is *Camerarius.* mandariſ ***BCD***. mandaſ ***F***. mandanſ ***Z*** lepidi mando ***B***. lapidi *sine* mando *reliqui* maximo ***BCDZ*** 633. tu ***B***. *om. reliqui* men] me non ***Ba***, me n•• *post rasuram* requaereres ***R***: *vid. Mon. epigr. tria p. 21.* requereref ***B***. requireref *reliqui* 635. aibant *Guyetus.* aiebant *libri* 636. nomen si ***R***. ſi nomen *libri* nequiſ ***BCDa***: *quod non ausus sum sollicitare.* nequireſ ***DbFZ*** 637. *post erasum vocabulum* ſcire ***B***, *sed ut recentior manus* Nemo aiebat *praemiserit.* Nemo scire aiebat *Bothius. Facilis, sed non necessaria mutatio* Nemo se scire aibat 638. ſora ***B***

CHARINVS.

Qua forma ésse aiebant [ſgitur]?

EVTYCHVS.

Ego dicám tibi:
Cánum, uarum, uéntriosum, búcculentum, bréuiculum,
Súbnigris oculís, oblongis mális, pansam aliquántulum.

CHARINVS.

Nón hominem mihi, séd thensaurum néscio quem memorás mali.
Númquid est quod dícas aliud dé illo?

EVTYCHVS.

Tantumst quód sciam.

CHARINVS.

Édepol ne ílle oblóngis malis míhi dedit magnúm malum.
Nón possum duráre: certumst éxulatum hinc íre me.
Séd quam capiam cíuitatem cógito potíssumum:
Mégares, Eretriám, Corinthum, Chálcidem, Cretám, Cyprum,
Sícyonem, Cnidúm, Zacynthum, Lésbumne an Boeótiam.

---

igitur **R**. *om. libri.* ergo *Camerario duce Gruterus.* Eutyche *Bothius. Contra* qua [tandem hominem] forma esse aibant *Fleckeisenus Philologi II p. 79* 639. uiarum **B**. uannm **Z** uentricoſum **F** 640. panſam **B**. panſum *reliqui, etiam Pii 'vetusta exemplaria'* 641. thenſaurum **B**. theſanrum *reliqui* 642. tantumst **R**. tantum *libri* 643. dedit mihi *a Pylade est* 644. certumſt (e *suprascr.*) **Db** exulatum] a (*non* n) *e corr.* **B** 645. potiſſimum *libri* 646. Megares Eretriam **R** *Proleg. Trin. p.* CLII. Megare ſeretriam **B**. Megare ſeretriam **CD**. Megarem ſeretriam **F**. Megara eretriam **Z** corynthnm **F**. chorinthum **Z** chalcidem **Z**. ohalcitam **B**. calchitam **CDF** ciprum **D** 647. Sicionem **F** gnidum **DFZ** Zacynthnm *Pius.* zagcintum **B**. zacingthum **CD**. hyacynthnm **F**. iacynthum **Z**. *Ipse Plautus dubium vix est quin* Saguntum *scripserit. Huc respicere Priscianum I p. 561 (t. I p. 45 Kr.) Fleckeisenus suspicatur praef. Plauti p.* XII Lesbumne an Boeotiam **R**. leſbiambo iotiam **B**. leſbiam boetiam *reliqui.* lesbiam boeotiam *Pylades.* Lesbon an Boeotiam *Guyetus.* Lesbiam an Boeotiam

EVTYCHVS.

Cúr istuc captás consilium?

CHARINVS.

Quía enim me adflictát amor.

EVTYCHVS.

Quíd tu ais? quid, quóm illuc, quo nunc íre paritas, uéneris,
Si íbi quam amare fórte occipias átque item eius sit ínopia,
Iam índe porro aufúgies? deinde item ílline, si idem euénerit?
Quís modus tibi tándem exilio euéniet? qui finís fugae?
Quaé patria aut domús tibi stabilis ésse poterit? díc mihi.
Cédo, si hac urbe abís, amorem te híc relicturúm putas?
Sín fore ita sat ánimo acceptumst, pró certo incertúm si habes:
Quánto satiust rús abire te áliquo atque ibi te uíuere
'Adeo dum illiús cupiditas te átque amor missúm facit?

CHARINVS.

Iám dixisti?

EVTYCHVS.

Díxi.

Bothius olim 648. iſtu[e] **D** captas *Guyetus.* ceptaſ **DFZ.** coeptaſ **BC** me afflictat **CDFZ.** afflictat med *Guyetus. Vide Proleg. Trin. p.* CLXXXIV *et cave Lachmannum in Lucr. V, 396 sequare* 649. qui cum **Z.** quid cum *reliqui* illuc uenerif q⁰ nunc ira paritaſ **C** 650. Si ibi quam amare forte **R.** Sibi amare forti **B.** Si ibi forte amare **C.** Si ibi amare forte *reliqui* 651. si idem **R.** ſi item *libri, nisi quod* ſitem **C** 652. Quis] *an* Qui? taudem exilio *Bothius.* exilio tandem *libri* fuge **C** 653. Que **B** 655. Sin fore **R.** Si id fore **B.** Si id forte *reliqui* sat] ſit **B** acceptum eſt *libri* pro certo incertum **R.** certum id pro certo **BCDF.** certum id profecto **Z.** incertum id pro certo *Bothius deleto est post* acceptum 656. *Sic* **R.** Quanto te ſatiuſt ruſ aliquo abire ibi eſſe ibi uiuere *libri, nisi quod* ſatiuſt ruf **D**, ſatiuſ eſt ruf **FZ**, ſtat luſtruſ **B** 657. cupiditas te

CHARINVS.

Frustra díxti. hoc mihi certíssumumst:
Éo domum, patrem átque matrem ut mĕos salutem: póstea
Clám patrem patria hác effugiam aut áliquid capiam cónsili.

EVTYCHVS.

'Vt corripuit sé repente atque ábiit. hei miseró mihi:
Sí ille abierit, mĕa factum omnes dícent esse ignáuia.
Cértumst praeconúm iubere iám quantumst condúcier,
Quí illam inuestigént, qui inueniant: póst ad praetorem ílico
'Ibo, orabo ut cónquaestores dét mi in uicis ómnibus.
Nám mihi relicuí nil quicquam iam áliud esse intéllego.

R. te cupiditaſ *libri* 658. certiſſumum eſt **BCDZ**. certiſſimumſt **F** 559. patrem atque matremq' **D** 660. patre **F** conſilii **BFZ** 661. cerripiuit **C** hei **R**. heu *libri* 662. factum **B**. *om. reliqui* omniſ **CDa** ignauiæ **C** 663. Certumſt *emnes* praeconium **Z**, *defensum a Gulielmo* iubere **CD** iam quantum eſt *libri*. quautumst iam *nescio an praestet* 665. Ibe **B**. *om. reliqui. Vnde profectus* ad praetorem iuero || Orabe ut cenquisitores *Guyetus* conquaestores *Lachmannus in Lucret. VI, 1067*. conquisitoreſ *libri* 666. reiicui nil **R**. nihil relicti *libri*. nihil reiictum *Saracenus* iam aliud *Bothius*. aliud iam *libri* intelligo **Z**

ACTVS IV.

DORIPPA. SYRA.

DORIPPA.

Quoniam á uiro ad me rús aduenit núntius
Rus nón iturum, féci ego ingeniúm meum:
Reuéni, ut illum pérsequar qui mé fugit.
Sed anúm non uideo cónsequi nostrám Syram.
Atque éccam incedit tándem. quin is ócius?

SYRA.

Nequeó mecastor: tántum hoc onerist quód fero.

DORIPPA.

Quid óneris?

SYRA.

Annos óctoginta et quáttuor:
Et eó iam accedit séruitus, sudór, sitis.
Simul haéc quae porto déprimunt.

Act. IV. Scaen. 1. DORIPPA MVLIER SYRA ANVS **BCDbFZ**. *om.* **Da** 667. nunciuf **C** 669. reuercni **Da** 670. non **D**. nunc **FZ** noſtra **Z** ſyriam **B** 671. eccam incedit *Camerarius.* incedit eccam *libri* qui ni ſotiuſ **B**. Dor. quin iſ otiuſ **C** 672. onerif ſt (*an* onerift?) **B**. onerif eſt *reliqui* 673. quatuor **BF** 674. eo iam **B**. eodem *libri* 675. que **BC** Dor. *om.* **Z**

DORIPPA.

Aliquíd cedo,

Qui ufcini hanc nostram aúgeam aram [Apóllinis].
Da sáne hanc uirgam laúri.

SYRA.

En.

DORIPPA.

Abi iam tu íntro.

SYRA.

Eo.

DORIPPA.

Apóllo, quaeso te út des pacem própitius,
Salútem et sanitátem nostrae fámiliae,
Meóque ut parcas gnáto * * *

SYRA.

Dispérii: perii mísera: uae miseraé mihi.

DORIPPA.

Satín tu sana's, óbsecro? quid éiulas?

---

676. *Sic* **R** *coll. Bacch. 172.* Qui hanc uicini noftri aram augeram *(nihil praeterea)* **BCDF** *et, nisi quod* augeam, **Z**: *quo* Syra *addidit Camerarius* 677. *Sic* **R**, *duce ex parte Acidalio.* Sy. Da fane hanc uirgam lauri. Do. abi tu intro. Sy. eo **FZ**: *ubi* abi iam tu *Pylades.* Sy. Da faue hanc uirgam lauri abi tu intro eo **CD**. Sy. De fane hanc uirgam lauriabit uintro. Dor. eo **B**. *Non placuit* laúri. Sy. en tibi. Do. abi tu intro 678. Do. *om.* **B** quefo **BC** propiciuf **C** 679. noftre **B** 680. gnato parce propitiuf **DFZ** *et, nisi quod* propiciuf, **C**. gnato pace propitiuf **B**: *quae apertum est e v. 678 iterata esse, pepulisse autem aliquid huiusmodi:*

Meoque ut pareas gnato, ut mihi sospes fuat.

Ceterum huc respexit Porphyrio in Hor. carm. saecul. 46: 'Plautus in Mercatore fabula idem sensit, cum inducit matrem familias precari Apollinem, nato suo ut parcat' 681. Difperfi **BCD** ue **C** 682. tu *om.* **FZ** *(et fortasse* **D***)* faua ef *libri* quid eiulas] quod

SYRA.

Doríppa, mea Doríppa.

DORIPPA.

Quid uis, óbsecro?

SYRA.

Nescio quaest mulier íntus hic in aédibus.

DORIPPA.

Quid, múlier?

SYRA.

Mulier méretrix.

DORIPPA.

Veron?

SYRA.

Sério.

Nimiúm scis sapere, rúri quae non mánseris.
Quamuís insipiens póterat persentíscere
Illam ésse amicam tŭi uiri bellíssumi.

DORIPPA.

Credó mecastor.

SYRA.

Ei hác mecum, ut uideás semul
Tuam 'Alcumenam pélicem, Iunó mea.

DORIPPA.

Ecástor uero istúc eo quantúm potest.

---

uoiebaſ ***B*** 683. Dorippā ea ***B*** uis ***R***. ciamaſ *libri*: *quod est interpretamentum* eiulas *vocis* 684. qua eſt mulier inthnſ hic in ***B***. mulier quae eſt intuſ hic in ***C***: *ubi* hic iutuſ in ***F***, intuſ in *sine* hic ***Z***. mulier quae eſt in ***Da***, *sed* in (intuſ) ***Db*** 685. ueron? Sy. serio. Nimium *Acidalius.* ueron ſerio? Sy. Nimium *libri, nisi quod* ſerie ***CaDFZ***: *in quo non offendebat Bentleius in Andr. IV, 4, 16* 686. que ***B*** 687. Quamuiſ ***B***. quam *reliqui* perſentiſceret ***Z*** 688. peiliſſumi ***C***. belliſſimi ***BFZ*** 689. Ei ***B*** (*ut v. 281*). I *reliqui* ſimul ***DbFZ*** 690. aicmenam ***DbFZ*** peiiicem ***Z*** inno mea || Iuno mea ***F***

L Y S I M A C H V S.

Parúmne hoc est malaé rei quod amat Démipho,
Ni súmptuosus ínsuper etiám siet?
Decém si ad cenam súmmos uocitassét uiros,
Nimium ópsonauit. séd coquos, quasi ín mari
Solét hortator rémiges hortárier,
Ita hórtabatur. égomet conduxí coquom:
Sed eúm demiror nón uenire ut iússeram.
Sed quís nam a nobis éxit? aperitúr foris.

DORIPPA. LYSIMACHVS. (SYRA.)

Dorippa.

Misérior mulier mé nec fiet néc fuit,
Talí uiro quae núpserim. hei miseraé mihi.
Em, quoí te et tua quae tu hábeas commendés uiro.

Act. IV. Scaen. 2. LISIMACHVS SENEX **B** *et, nisi quod* Lys., **C**. *om.* **D**. LYSIMACHVS **F** *et sine* h **Z** 692. Parumne hoc est **R**: Parumne est hoc *Camerarius.* Parum ne est *libri.* Parumne est id [*rectius* id est] *Lachmannus.* Parum nunc est *sine interrogatione Bothius. Nihil profecit Handius Turs. IV p. 189* male **Z** 694. si ad cenam summos uocitasset **R**. ſi ad cenam uocaſſet ſummoſ *libri, nisi quod* coenam **DZ**. uocasset sI ad coenam summos *a Pylade est* 695. opſ. *pro* obſ. **C** quoſ (co *superscr.*) **D** 696. Soiet *qua ratione defendi possit dixi Prol. Trin. p.* CLXXXIV. Solitust *Pylades.* Soiet olim *Guyetus, Acidalius* horitator *Scaliger in Lycophr. Cassandr. p. 87, abusus Diomede I p. 378* remigief **Z** 697. conduxit **Z** coquã **BCDa**. coquũ **DbZ** 698. eum **BD**. m̃ **C**. eccum **Z**. quom **F** 699. quis nam **R**. qui nam hinc *libri.* qui hinc nam *Camerarius*

Act. IV. Scaen. 3. DORIPPA MVLIER. LISIMACHVS SENEX. SYRA ANVS **B**: *item, nisi quod* LYSIMACHVS, **C**. *om.* **Da**. DORIPPA M̃ LISIMAC **Db**. DORIPPA MVLIER LYSIMACHVS **F** *et addito* VIR **Z** 701. hei **R**. heu *libri* miferęre **D** 702. Item **FZ** cui

Em, quoí decem talénta dotis détuli,
Haec út uiderem, ut férrem has contumélias!

LYSIMACHVS.

Perii hércle: rure iám rediit uxór mea.
Vidísse credo múlierem illam in aédibus.
Sed quaé loquatur, éxaudire hinc nón queo.
Accédam propius.

DORIPPA.

Vaé miserae mi.

LYSIMACHVS.

Immó mihi.

DORIPPA.

Dispérii.

LYSIMACHVS.

Equidem hercle óppido perií miser:
Vidít. ut te omnes, Démipho, di pérduint.

DORIPPA.

Pol hóc est, ire quód rus meus uir nóluit.

LYSIMACHVS.

Quid núnc ego faciam, nísi ut eam adeam atque ádloquar?

---

libri tua quae tu **BCD**. tua quae **F**. tu quae **Z**: *quod fraudi fuit Schneidero gramm. lat. I p. 145* 703. Hem **FZ** quoi *'vetusta exemplaria' Pii.* qui *libri nostri* talentā **BC** 104. hoc **F** inderem **C** 705. mea uxor **Z** 706. credo *libri.* eam credo *Camerarius* illam **R**. *om. libri.* hanc *Pylades.* hic *Kampmannus de Ix praep. p. 2* edibuſ **C** 707. non queo *Pylades.* non quo **BCD**. nequeo **FZ** 708. miſerere **C** 709. equidem *libri, Fleckeisenus Exerc. p. 20.* ego equidem *Pylades.* ego quidem *Camerarius* 710. uidit ut. te omneſ **CDa**. Vidit ut omneſ **B** *ut videtur.* uidit te omneſ **Db**. ut di te omneſ **FZ**. Vtinam di te omnes *Pylades.* Vidit. ut omnes te *Camerarius* di perduint *idem.* di perdiuut **CD**. di perdunt **B**. perdiunt **Z**: *unde* perduint *Pius.* diſperdiunt **F**. disperduint *Pylades* 711. Do. *om.* **B** 712. Ly. *om.* **B** ego nunc **F** eam *Guyetus. om. libri*

Iubét saluere súus uir uxorém suam.
Vrbáni fiunt rústici?

DORIPPA.

Pudícius
Faciúnt pol quam illi quí non fiunt rústici.

LYSIMACHVS.

Numquám delinquont rústici?

DORIPPA.

Ecastór minus
Quam urbáni: et multo mínus mali quaerúnt sibi.

LYSIMACHVS.

Quid aútem urbani déliquerunt? díc mihi:
Cupio hércle scire.

DORIPPA.

Síc tu me temptás sciens?
Quoia ílla mulier íntust?

LYSIMACHVS.

Vidistíne eam?

DORIPPA.

Vidí.

LYSIMACHVS.

Quoia ea sit, rógitas?

DORIPPA.

Resciscám tamen.

---

alloquar ***CF***. eloquar ***Z*** 713. ſalnare ***B*** 714. puditiuſ ***B***. pudiciciuſ ***FZ*** 715. pol qnam illi ***R***. quam illi *libri*. illi quam *Camerarius* 716. Numquam ***R***. Num quid ***B***. nunquid *reliqui*. An non *Lambinus*. Num non *Guyetus* delinquon ***B***. delinqunt ***C***. delinquunt *reliqui* 717. urbani delinquunt et ***F*** malum ***Z*** quer̄ ***C*** 718. autem minuſ urbani ***F*** deliquer̄ ***C*** 719. 720. 721 *hoc ordine Bothius*: 720. 721. 719 *libri* 719. scire. Dor. sic tu *idem*. ſcire ſed tu *libri* tentaſ ***FZ*** 720. Quoia *Gulielmus*. Quia *libri h. e.* Quja intuſ eſt ***DbFZ*** 721. cui aea ***B***. cnia ea *reliqui* cogitaſ ***FZ***

LYSIMACHVS.

Vin dícam quoiast? ílla — illa edepol — uaé mihi:
Nescío quid dicam.

DORIPPA.

Haéres: haud uidí magis.
Quin dícis?

LYSIMACHVS.

Quin si líceat

DORIPPA.

Dictum opórtuit.

LYSIMACHVS.

Non póssum, ita instas: úrges quasi pro nóxio.

DORIPPA.

Si innóxiu's, audácter quamuis dícito.
Dic ígitur.

LYSIMACHVS.

Dicamne?

DORIPPA.

'Atqui dicundúmst tamen.

LYSIMACHVS.

Illást — etiam uis nómen dicam?

DORIPPA.

Níhil agis.

---

refifcam **B** 722. cui eft **B**. cuia eft *reliqui* cuia eft illa? illa edepol **F**. cuia eft illa? edepol **Z** 723. Do. haeres: haud **R**: Do. haeres? haud *Bothius*. Do. haeref. Ly. haud *libri, nisi quod* heref **C**. *Partem veri vidit Rostius Opusc. p. 262 sq.* uidi magis] demagis *ascripsit Scaliger* 724. Quin *Bothius*. Do. Quin *libri* 725. lnfta furgef **BC**. inftaf furgef **D** noxia **F** 726. Si innoxius's *Bothius*. Scio innoxiuf *libri* quiduif **F**. quid uif **Z** 727. dicamne **R**. dicam *libri*. ego dicam *Camerarius* at quid **B** dicendum eft **B**. dicundum eft *reliqui* 728. Illa est — etiam *Bothius*. Illa funt etiam **BD** *et, nisi quod* funt, **C**. illa fcin ut etiam **Z**. illa ficut etiam

Non tú scis quae sit ílla?

LYSIMACHVS.

Immo etiám scio:

Istá quidemst illa

DORIPPA.

Quaé illast?

LYSIMACHVS.

Illa

DORIPPA.

Ohe, iám satist:

Manuféstum teneo in nóxia.

LYSIMACHVS.

Qua nóxia?.

DORIPPA.

* * * * * *

LYSIMACHVS.

* * * * * *

Tam, sí nihil usus ésset, iam non dícerem.

De istác sum iudex cáptus.

F. llla est, num etiam *Camerarius* nlhil magif **FZ** 729—734 *post diutinam meditationem sic constituendos putavi, hoc ordine collocatos in libris:* 731. 730. 734. 729. *Quorum duos ultimos inter se transponebat Acidalius* 729. illaec *Bothius* etiam **Z**. iam *reliqui* 730. Ista quidemst illa **R**. Ifta quidem illa eft *libri*. Ista est quidem illa *Guyetus*. Istaec quidem illa est *Bothius* quae illa eft *libri, nisi quod* que **B** ohe ia[m satist] **R**. iohia **BCDa**. io illa **DbFZ**. io io (*quod scripsit* iod io) *Guyetus*. io, hias *Bothius* 731. Manufestum **R** *coll. Men. 594. Bacch. 696.* Manufefto *libri, nisi quod* i **F** teneo in noxia *coll. Cas. II, 8, 71 Dousa fil., quod in vett. edd. esse falso testatur Kampmannus de* IN *praep. p. 15.* teneo. in noxia (*vel* innoxia) ef *libri* quia **C** 732. 733 *talibus fere fuisse sententiis probabile est:*

DOR. Etiam rogas? ne nunc dissimula diutius.

LYS. Etsi uno uerbo potis sum expurigare me,

Tamen, si nil usus esset, iam non dicerem.

DORIPPA.

Iudex? iám scio:
Huc tu ín consilium istam áduocauistí tibi.

LYSIMACHVS.

Immo haéc sequestro míhi datast.

DORIPPA.

Intéllego.

LYSIMACHVS.

Nihil hérclc istius quícquamst.

DORIPPA.

Numero púrigas.

LYSIMACHVS.

Nimiúm negoti répperi. enim uero haéreo
* * * * * *

COCVS. LYSIMACHVS. DORIPPA. SYRA.

COCVS.

Agite íte actutum: nám iam amatorí seni
Coquénda cenast. átqui quom recógito,

---

734. Tam (*h. e.* tamen) *Bothius.* Iam *libri* 736. Huc *Gruterus.* Nunc *libri.* Nempe *Dousa fil.* confilium] um *e corr.* **C** aduocauifti **B**. aduocafti *reliqui* 737. Immo haec **R**. Immo fic *libri: atque fic etiam apud Festum p. 339, 29 M. superstes est.* Immo *Camerarius* data eft **Db**, *Festus* 738. Ly. *om.* **Z** quicquam eft **BCDF**. quicquam **Z** Do. *om.* **Z** nunc numero **F** purigas **R**. purgaf *libri.* purgitas *Pylades* 739. negotii **B**. negocii **FZ** repperi *et* hereo *omnes*
740. *Rursus versiculus intercidit huius modi:*

Quos esse hos dicam, qui huc recta adueniunt uia.

Act. IV. Scaen. 4. LISIMACHVS DORIPPA COCVS **B**. LYSIMACHVS COCVS ‡ĪDEM **C**. *om.* **Da**. COCVS LYSMC' DORIPPA SIRA **Db**. COQVVS LYSIMACHVS DORIPPA SYRA **FZ** 741. iam **R**. mihi *libri* amatori **D** 742. Coquenda coena est *Bothius.* Coquendaft cena *libri, nisi quod* eft **DbF** atqui quom **R**. atque qm̃ **B**.

Nobís coquendast, nón quoi conductí sumus.
Nam quí amat, quod amat sí habet, id habet pró cibo.
[Videre, amplecti, ausculari, adloqui.]
Sed nós confido onústos rediturós domum.
Eite hác. sed eccum, quí nos conduxít, senex.

LYSIMACHVS.

Ecce aútem perii: cóquos adest.

COCVS.

Aduénimus.

LYSIMACHVS.

Abeí.

COCVS.

Quid, abeam?

LYSIMACHVS.

Sť, abei.

COCVS.

Abeam?

LYSIMACHVS.

'Abei [modo.]

COCVS.

Non éstis cenatúri?

---

atque cum *reliqui.* atque equidem cum *Camerarius* recogito **B**. regito **CD**. cogito **FZ** 743. coquenda eſt **Bb** non cui conducti *Camerarius*: non ei cui ducti *Pylades.* non cui ducti *'antiqui codd.' Pii.* non ducti **BCDFZ** 744. si id habet, id habet *Camerarius* 745 *insiticius habendus, quanquam defensus a Lingio p. 17* amplectier *Camerarius* auſculari **CD**. auſcultare **B**. oſculari **FZ**. oscularier *Camerarius* adloqui *pro* all. **B** 747. Eite **BD**. Fite **C**. Ite **FZ** 748. coquuſ *libri* Cocvs. adueuimuſ **C** 749. Abei] Abii **Ba**. Abi **Bb** *cum reliquis* st, abi *Camerarius.* ſtabi **BDa**. ſtaui **C**. abi **DbFZ** abeam? Ly. ábi modo **R**. abeam? Ly. abei **C**. abeam? Ly. abii **BaD**. abeam? Ly. abi **BbFZ**. abeamue? Ly. abi *Camerarius. Licebat etiam* Sť abi. 'Abeam. Abi ábi modo. *Non recte iudicavit Lachmannus in Lucret. III, 941: qui olim* abeamusue *pro* abeamue

LYSIMACHVS.

Iam saturí sumus.

Intérii.

DORIPPA.

Quid ais tu? étiamne haec illí tibi
Iussérunt ferri, quós inter iudéx datu's?

COCVS.

Haecíne tuast amíca, quam dudúm mihi
Te amáre dixti, quom óbsonabas?

LYSIMACHVS.

Nón taces?

COCVS.

Satis spíssum filum múlieris: uerum hércle anet.

LYSIMACHVS.

Abín dierectus?

COCVS.

Haúd malast.

LYSIMACHVS.

At tú malu's.

COCVS.

Scitam hércle sane cóncubinam hanc.

---

correxerat 751. Interii *Pareus.* Sed interii *libri.* St, interii *Acidalius* 752. interii iudex **B** datus *edebatur* 753. Haecintua (*vel* Haec in tua) eſt **CD**. Hec intua eſt **B**. Hęccine tua eſt **FZ** 754. dixti *Camerarius.* dixiſti *libri* qm̃ **B**. cum *reliqui* 755. spissum **R**. ſcitum *libri (fortasse e v. 757): nisi quod* ſitum **Z** filum *Pius.* filium *libri* uerum hercle anet **R**. uerum hercle an et **CD**. uerum hercle amet **B**. uerum hercle aut haud **F**. uerum hercle auet **Z**. uirum hercle auet *Gulielmus. Alia aliis ineptiora Aldus, Meursius, Palmerius, Colvius, Gruterus. Glossae Philoxeni:* 'anet γηρῶ' 756. LY. *om.* **F** Abindie rectuſ **B**. Abin dierectuſ **D**. Abi indirectuſ **F** malaſt **D**. mala eſt **Z** malus *edebatur* 757. hercle sane **R**. hercle opinor ſane **BCDF**. hercle opinor satis **Z**. hercle opinor *Guyetus*

LYSIMACHVS.

Nón abis?

Non égo sum, qui te dúdum conduxím.

COCVS.

Quid est?

Immo hércle tu istic ípsu's.

LYSIMACHVS.

Vae miseró mihi.

COCVS.

Nempe úxor rurist túa, quam dudum díxeras
Odísse te aeque atque ánguis.

LYSIMACHVS.

Egone istúc tibi?

COCVS.

Mihi tú quidem hercle.

LYSIMACHVS.

'Ita me amabit Iúppiter,
Vxór, ut ego illud númquam dixi.

DORIPPA.

Etiám negas?

Palam ístaec fiunt té me odisse.

LYSIMACHVS.

Quín nego.

---

hanc *om.* **Z** 758. conduxim **R**. conduxi *libri.* conduxit *Acidalius* 759. istic *Pylades, Acidalius.* iſtuc *libri* ipsus *edebatur* ue **BC** miſero miſero **F** 760. rurist **Z**. rureſt **B**. ruſ eſt *reliqui* 761. Odisse te *Fleckeisenus Philologi II p. 90.* Te odiſſe *libri.* Ted odisse *Bothius* atque *om.* **B** angiſ **CD**. anguem *Hermannus, servans* Te odisse egone *omnes* istuc tibi *Bothius.* iſtuc dixi tibi *libri* 762. Co. *om.* **F** Mihi tu **R**. Mihi *libri.* Pol mihi *Fleckeisenus, qui mox* At ita amabat **Ca** iupiter **F** 763. Do.] Co **Z**. 764 — 768 *hoc ordine* **R**: 765. 764. 766. 768. 767 *libri. Solos* 765. 764 *transponebat Pistoris* 764. Do. *praemittunt libri*

Cocvs.

Non téd odisse, uérum uxorem aibát suam:
Et suam aútem uxorem rúri esse aibat.

Lysimachvs.

Haéc cast.

Cocvs.

Nempe métuis tu istanc.

Lysimachvs.

Sápio: nam mihi únicast.
Quid míhi molestu's?

Cocvs.

Quía me non nouísse ais.
Vin me éxperiri?

Lysimachvs.

Nólo.

Cocvs.

Mercedém cedo.

Lysimachvs.

Cras pétito: dabitur. núnc abi. ei miseró mihi:
Nunc uérum ego illud uérbum esse expeciór uctus,
Aliquíd mali esse própter uicinúm malum.

---

765. Co. *om.* ***F***. Ly. ***Z*** *Sic ut supra et ego pridem et ut nunc video Bothius.* Nou te odiſſe aiebat uxorem uerum ſuam *libri, nisi quod* Nou non te ***B***, uerum *autem sup. scr. tantum* ***C*** 766. Et suam autem uxorem ***R***. Co. Et uxorem ſuam *libri* aibat ***R***. aiebat *libri* hec ***B*** ea eſt ***DbFZ*** 767. Co. Nempe metuis ***R***. Ni metuis *libri.* Num metuis *Camerarius.* Ne metuis *h. e.* metuisne *Meursius!* unica eſt ***DbFZ*** UNICAST *visum est etiam in* ***A*** *apparere* 768. moleſtuſ ***B***. moleſtu eſ *reliqui* aiſ ***C*** 769. Co. Vin *libri* expediri *Palmerius* nolo *Camerarius.* uolo *libri* cedo ***B***. dabo ***CD***. dato ***FZ*** 770. abi. heu misero mihi. Nunc *Aldina: prob. Acidalius.* abi. Do. eu miſerae mihi. Nunc *libri, nisi quod* heu ***FZ*** — miſęre ***C***, miſerę̣ṛẹ ***D*** — nụ̂c ***C***. *Vbi* Ly. Nuuc *Pylades* ei ***R*** 771. uerum ego *Lachmannus.* ego uerum *libri* 772. eſſet ***B***

COCVS.

Qur heic astamus?

LYSIMACHVS.

Queín abeis?

COCVS.

Incómmodi

Si euénit quid tibi, íd non est culpá mea.

LYSIMACHVS.

Quein me éradicas míserum.

COCVS.

Scio iam quíd uelis:

Nempe me hínc abire uís.

LYSIMACHVS.

Volo inquam.

COCVS.

Abſbitur:

Drachumám da.

LYSIMACHVS.

Dabitur.

---

773. *Exspectes potius* LYSIMACHO *continuata haec verba* Cur hic astatis? quin abis? QURHEIC **A**. Cur hie *reliqui* quin abis *Bothius*. qnin abimnſ *libri, nisi quod* habimuſ **B**, QUEINABEIMUS **A** 774. euenit quid tibi **R**. quid tibi euenit *libri, nisi quod* eueniet **F**. tibi qnid enenit *Guyetus. In* **A** *inter* SIQUID *et* TIBIEUENIT *(modo haec satis certa sint) apparuit vocabulum quinque minimum litterarum, quae tamen legi non potuere* id] at *Gronovius, refutatus a Rostio Opusc. p. 166* 775. QUEIN *pro* Quin **A** me eradicas *Aldina*. mera dicaſ **C**. meradicaſ **D**. me radicaſ **BFZ**. MEER·ADICAS **A**, *ut quinta littera aut* A *aut* R *sit* miſeram **C**

776. $\overset{\text{m}}{\text{nepe}}$ **C** me hinc *libri eum* **A**, *nisi quod* hic **B**. hinc me *Camerarius* adibitur **B** 777. Drachumam da **R**, *non recte in his versatus Musei nostri philol.* VII *p. 561*. Drachmandato **B**. dragmam dato **CD**. drachmam dato **FZ** iam dari **R**. dari *libri. In* **A** *pro* dari ergo

Cocvs.

Iám darei ergo sís iube:
Potést interea dum ílli ponunt.

Lysimachvs.

Quín abis?
Potine út molestus né sis?

Cocvs.

Agite appónite
Obsónium istuc ánte pedes illí seni.
Haec uása aut móx aut crás iubebo abs té peti.
Sequímini.

Lysimachvs.

Fortasse íllum te mirárier,
Quod uénit atque haec áttulit. dicám quid est.

Dorippa.

Non míror si quid dámni facis aut flágiti,
Nec pól ego patiar. síc me nuptam tám male!
Meásque in aedis síc scorta obductárier!
Syra, eí, rogato mĕum patrem uerbís meis,

---

haec spatia apparuerunt D••••••GO *h. e. ut puto* DAREIERGO 778. Potest *Pareus, Hermannus.* Dari potest *libri* qui **Da**, qui[n] **Db** 779. Potine *omnes* apponite *omnes.* opponite *Lambinus* 781. nox *Bothius* iubeo[b] **C** pet• **C** 782. ſequiminin **CD** illum te mirarier **R**. te illum mirari coquum *libri, nisi quod* coquom **B**. *Vbi* te *delebat Guyetus*, istum *scripsit Camerarius. Non satis tutum* fors sit (*vel* fors fuat) te illum mirari coquom. *Minus etiam probabiliter* fortasse illum miraris coquum *Hermannus* 783. adque **C** atulit **D**. adtulit **Z** *ante* QUID *in* **A** *apparere visae sunt* IO *vel* IC *litterae. Fortasse fuit* DICOQUID qui *pro* quid **C** 784. mi[r]nor **D** dãpni **C** flagiti, nec pol ego patiar. sic . . . . male! measque . . . . obductarier! **R**. flagitii. nec pol ego patiar sic me *e. q. s. una constructione iuncta vulgo* flagiti **CD** nec] neo **C** 786. Meaſquae **B**. *Praestiterit* Meas aedif *omnes* adductarier **F** 787. ei **B**. i **CDF**. *om.* **Z** uerbis meis *Camerarius.* uerbif meiſ. Sy. eo **B**. meiſ uerbif *reliqui*

Vt uéniat ad me iám semul tecum húc.

SYRA.

Eo.

LYSIMACHVS.

Nescís negoti quíd sit, uxor. óbsecro:
Concéptis uerbis iám ius iurandúm dabo,
Me númquam quicquam cúm illa — iamne abiít Syra?
Perii hércle. ecce autem haec ábiit. uae miseró mihi.
At té, uicine, dí deaeque pérduint
Tuá cum amica cúmque amatiónibus.
Suspítionum impléuit me indignússume:
Conciuit hostem dómi mi uxorem acérrumam.
Ibo ád forum atque Démiphoni haec éloquar,
Me istánc capillo prótracturum esse ín uiam,
Nisi hínc abducit quó uolt ex hisce aédibus.
Vxór, heus uxor, quámquam tu iratá's mihi,
Iubeás, si sapias, haéc hinc intro auférrier:
Eadém licebit móx cenare réctíus.

---

788. ad me iam *om.* **F** me] te **CD** simul tecum huc *Pylade duce Camerarius: nisi* simitu tecum *males.* ſemul tecum *libri, nisi quod* ſimul **Z**. simulde tecum *mirifico invento Bothius* SY. eo *om. hoc loco* **B** 789. negotii **BCD**. negocii **FZ** 792. haeo **C** abit **Z** ue **C**. Vhe **F** 793. uicinae **B** dii **F** perduint *Pylades.* perdunt **B**. perdunt **C**. perdiunt **DFZ** 794. Tua cum *Camerarius.* Cum tua *libri.* Cum tua hac *Pylades.* cunque **F** 795. Suspicionum *Dousa fil.* Suſpitionibuſ **B**. Suſpicione **CDFZ** indigniſſime **BFZ** 796. *Sic* **R**. Conciuit hoſtiſ domi uxor acerrumaſt *libri, nisi quod* azerrumaſt **D**, acerrima ē **Z**. *Quae interpungunt vulgo post* hostes. *Post quam vocem* domi uxor est acerrima *Camerarius,* uxor est acerruma *sine* domi *Guyetus,* dum uxor est acerruma *cum proximo versu constructa Bothius* 797. adque **C** Demiphoni haec *Pylades.* haec demiphoni *libri, nisi quod* hec **B** 798. iſtao **B** protacturum **B**. pertracturum **Z** ſeſe **Da** 799. uult **FZ** hiſ caedibuſ **B** 800. irata eſ *libri* 801. ſapeaſ **B** hinc intro **R**: intro hinc *Pylades.* intro *libri* auferier **C**. auferier **FZ**

ACTVS V.

SYRA. EVTYCHVS.

SYRA.

Era quó me misit, ád patrem, non ést domi:
Rus ábiisse aibant. núnc domum renúntio.
Ecástor lege dúra uiuont múlieres
Multóque iniquióre miserae quám uiri.
Nam uír si scortum dúxit clam uxorém suam,
Id sí resciuit úxor, inpunést uiro:
Vxór uirum si clám domo egressást foras,
Viró fit causa, exígitur matrumónio.

Act. IV. Scaen. 5 de tralaticia fabulae distributione: contra quam novum hinc actum ordiendum putavimus SYRA ANCILLA . EVTICVS ADOLESCENS ***BC*** *et, nisi quod* Y, ***F***. *om.* ***Da***. SYRA EVTICVS ***Db***. Syra ſerna. Eutychuſ aduleſceuſ ***Z*** 803. qm̄ me ***B***. quę me ***Z***. quem me *auctore Saraceno Camerarius* 804. abiiſſe ***BCD*** aibant *Guyetus.* aiebant *libri* demum ***F*** renunciat ***Z***. reuuncio *etiam Pii 'prisca exemplaria'* 805—817 *huc transposui suasore Bothio: quae in libris post v. 829 collocata novam scaenam efficiunt actus IV. sextam,* SYRA *nomine inscriptam* 805. duraui u••nnt *cum duarum litterarum litura* ***B***. dura uiuunt *reliqui* 806. iniquioreſ ***DFZ*** miserae *sic collocatum non Plautinum* 807. uir si *Bothius.* ſi uir *libri* 808. impune eſt ***DFZ*** 809. Vxor uirum *Pareus.* Vxor uiro ***BCDZ***. *om.* ***F*** eſt *libri* 810. Vxor uiro fit ***F*** cassa *'felicissima emendatio venerandi senis Ludovici Dorleans in suis notis ad Tacitum':*

Vtinám lex esset éadem, quae uxoríst, uiro.
Nam uxór contentast, quaé bonast, unó uiro:
Qui uír minus una uxóre contentús siet?
Ecástor faxim, si ítidem plectantúr uiri,
[Si quís clam uxorem dúxerit seortúm suam,]
Vt illae éxiguntur quae ín se culpam cómmerent,
Plurés uiri sint uídui, quam nunc múlieres.

EVTYCHVS.

Deféssus sum urbem tótam peruenárier:
Nihil ínuestigo quícquam de illa múliere.
Sed máter rure rédiit: nam uideó Syram
Astáre ante aedis. Sýra.

SYRA.

Quis est qui mé uocat?

EVTYCHVS.

Erus átque alumnus túus sum.

SYRA.

Salue, alúmne mi.

EVTYCHVS.

Iam máter rure rédiit? respondé mihi.

SYRA.

Sua quídem salute ae fámiliai máxuma.

Pareus matrumonio ***C***. matrimonio ***D***. matrimonio ***BFZ*** 811. que ***B*** eſt *libri* uxori eſt uno uiro ***B***, *omissis quae media sunt* uiro Nam . . . . boua eſt contenta eſt *et* bona eſt *libri* q' ***C*** 815 *iteratum esse e versu 807 vidit Osannus Anal. p. 204* 816. illa ***BCD*** exigunt²tnnt² ***D*** *ante lituram* que infculpam conuenirent ***B*** 817. fint uiri ***Z*** 818. Defeffum urbem ***B***. Defeffuf fu urbem ***C*** peruenarlær ***C***. percunctarier ***Z***, *corr. iam a Scutario* 819. inneftigio ***C***. inuenifti g̊ ***B*** 821. afftare ***D*** aedif *omnes* me nominat ***Z*** 822. alumuũ ***C*** mi *Pylades. om. libri* 824. Sua quidem salute ac familiae *Camerarius: quando non licuit Latinis ut σύν γε τύχῃ Graecis.* Cum quidem falute a familia *libri*. Cum

EVTYCHVS.

Quid istúc negotist?

SYRA.

Túius pater bellíssumus

Amícam adduxit íntro in aedis.

EVTYCHVS.

Quó modo?

SYRA.

Aduéniens mater rúre eam offendít domi.

EVTYCHVS.

Pol haúd censebam istárum esse operarúm patrem.
Etiám nunc mulier íntust?

SYRA.

Etiam.

EVTYCHVS.

Séquere me.

---

q. salute familiai *Bothius.* Sua q. s. familiaeque *Guyetus* maxima ***CF*** 825. negotii ſt ***B***. negoti eſt ***CD***. negocii eſt ***FZ*** belliſumuſ ***Da***, belliſumuſ ***Db***. beliſſumuſ ***C***. belliſſimuſ ***BFZ*** 826. ediſ ***B*** 829. Et iam mulier nunc ***B*** intuſ eſt *libri* *Subiciunt his vulgo scaenas illas a novicio homine factas, quas primum addidisse Pium diu est cum monstravi Musei Rhen. a Welckero Naekioque editi t. IV p. 200 sqq. 'Non inepti imitatoris Plautini' Scaligero visas esse non possumus satis mirari*

CHARINVS.

Límen superumque ínferumque sáluc, simul autém uale.
Húnc hodie postrémum cxtollo mĕa domo patriá pedem.
'Vsus, fructus, uíctus, cultus iám mihi harunc aédium
Interemptust, ínterfectust, álienatust. óccidi.
Dí penates mĕum parentum, fámiliai Lár pater,
Vóbis mando, mĕum parentum rém bene ut tutémini.
'Ego mihi alios dĕos penatis pérsequar, aliúm Larem,
'Aliam urbem, aliam cíuitatem: ab 'Atticis abhórreo.
Nám ubi mores déteriores íncrebrescunt ín dies,
'Vbi, qui amici, qui ínfideles sínt, nequeas pernóscere,
'Vbique id eripiátur, animo tŭo quod placeat máxume,
'Ibi quidem si régnum detur, nón cupitast cíuitas.

Act. V. Scaen. 1. CHARINVS **BFZ**. *om.* **Da**. CHARINVS ADOLESCENS **C** *et, nisi quod* ADOL, **Db** 830. superumque **R**. ſuperum **DFZ**. ſuperam **BC**. superorum *Lachmannus* uabe **C**. ſalue **B** 831. me a **FZ** 832. Vsufructus *'sunt qui legant': Pius* harum **FZ**, *Nonius p. 449* 833. interemtuſt **BDa**. interemtuſt **Db**. interituſ *Nonius* iuterfectuſ eſt *Nonius* 834. dii **FZ** familiai *Bothius ante Goellerum in Trucul. p. 104 et Lachmannum in Lucr. p. 159.* familiae *libri.* familiaeque *Camerarius* 836. penatiſ *omnes* 837. athiciſ **F** 838. ibi **F**. uiri **Z**, *corr. a Scutario* increbreſcunt *omnes* indeſ **C** 839. Vbi qui *duce Pio Palmerius, item Scioppius Susp. lect. II, 21.* Vbique **BCDZ**. ibique **F** siut *Camerarius.* ſient **BCDF**. fient **Z** uequeaſ **C** 840. Vbique id eripiatur *post Scioppium Gruterus.* Vbi qui deripiatur **B**. Vbiquid eripiatur **CD**. Vbi quid eripiatur **F** *et, nisi quod* errip., **Z** placet **Z** matume **C**. maxime **BZ** 841. cupitast **R**. eſt cupita **CDFZ**. eſt cupida **B**, *defensum a Salmasio* c•uitaſ **Da**, *quod utrum* cyuitaſ *an* cpitaſ *an* cjcitaſ *an* cxitaſ *fuerit ante rasuram, non satis liquet.* c•uitaſ **Db**

EVTYCHVS. CHARINVS.

EVTYCHVS.

Díuom atque hominum quaé spectatrix átque era eadem es hóminibus,
Spém speratam quom óptulisti núnc mihi, tibi gratés ago.
Écquis nam deúst, qui mea nunc laétus laetitiá fuat?
Dómi id erat quod quaéritabam. séx sodales répperi,
Vítam, amicitiám, uoluptatem, laétitiam, ludúm, iocum.
Ĕorum inuentu rés simitu péssumas pessúm dedi:

Act. V. Scaen. 2. EVTICVS CHARINVS ***B*** *et addito* ADVLE CENS ***C***. *om.* ***Da***. EVTICVS CARINVS ***Db***. Eutycuſ Charinuſ ***F***. Eutychuſ Charinuſ ***Z*** 842. 843 *et hic et supra post v. 598 exhibent libri. Illo loco (quem additis circulis signamus) delebat Acidalius, hoc Bothius* 842. Diuom (***Z***). Diuom (***D***). Diuvm (***C***). Duum ***C***. Diuum ***DF***(***F***)***Z***. Dium ***B***(***B***) adque ***C*** que (***B***) ſperatrix ***BCD*** (***BCD***) erã (***D***) 843. speratam quom ***R***. ſperatam quã ***CDFZ***. ſpera tamquã ***B***. ſperat aequom (***B***). ſperata cum (***C***). ſperatam cum (***DFZ***). speratam quoniam *h. l. Camerarius* optuliſti *pro* obt. (***B***) uuuc mihi, tibi ***R***. hunc mihi tibi (***BCDFZ***). hano mihi *sine* tibi ***BCDFZ*** 844. Eoquiſ ***C*** deust *Pylades.* deuſ eſt *libri* letuſ letitia ***B***. laetuſ laetititia ***C*** fuat *Camerarius, Bentleius in Adelph. V, 4, 1.* flat ***CDFZ***. flet ***B*** 845. Domi id ***R***. Domi *libri, non suspectum Lachmanno in Lucr. p. 195* qjeritabam ***D***. querit abiam ***Ba***, querit ab•i•i *cum ras.* ***Bb***. quaeritabam: ibi *Camerarius.* foris quaeritabam *Acidalius* 846. amititiam ***B***. amiciciam ***FZ*** uoluptatem ***R***. ciuitatem *libri. Nisi tamen aliud subest: quanquam nec* salutem *nec* quietem *nec* aequitatem *nec* hilaritatem *placet. (Ipsum hoc* hiiaritatem *post vidi cum ab Hermanno tum a Lachmanno ascriptum)* leticiam ***BF*** locum ***F*** 847. Eorum inuentu res simitu *Bothius:* Eorum inuentu res decem simitu *Camerarius.* Eorum [*an* Forum?] inueuturuſ ſimitu ***C***. Forù inueutùruſ ſimitu ***D***, *sed* ſim,itu ***Db***. Forum inucuturuſ ſim ita ***Z*** *et, nisi quod* ſum, ***F***. Forum inueutuſt ſim tu ***B***: *unde recentissima demum manu* ſimitu *factum.* Eorum inucutu res decem

'Iram, inimicitiám, maerorem, lácrumas, exitium, ínopiam,
Pértinaciám, stultitiam, exílium, solitúdinem.
* * * * * * *
Dáte di quaeso cónueniundi mi éius celerem cópiam.

CHARINVS.

'Apparatus sum, út uidetis. ábieio supérbiam:
Égomet mihi comés, calator, équos, agaso sum, ármiger:
Égomet sum mihi ímperator, ídem egomet mi oboédio:
Égomet mihi feró quod usust. ó Cupido, quántus es.
Nám tu quemuis cónfidentem fácile tuis factís facis,
Èundem ex confidénte actutum díffidentem dénuo.

EVTYCHVS.

Cógito, quo nam égo illum eurram quaéritatum.

---

une [una?] *Guyetus* peſſimaſ **Z** peſſum dedi **B** *et aut sic aut* peſſumdedi **CD**. peſſundedi **FZ** 848. 849 *sic constituendos putavi. Qui tales sunt in* **CDFZ**:

Iram inimicitiam merorem lacrumaſ exilium inopiam ſolitudinem
Stultitiam exitium pertinaciam:

(*nisi quod* inimiciciam **FZ** — moerorem **Z** — lacrimaſ **C**, lachrumaſ **F**, lachrymaſ **Z** — ſtulticiam **CF** — pertinatiam **C**): *hi autem in* **B**:

Iram inimititiam ſtultitiam exitium pertinatiam
Merorem lacrumaſ exilium inopiam ſolitudinem ſtultitiam exitium pertinaciam.

Quorum nominum tribus extremis omissis Camerarius effecit quod vulgatur *Post hos autem versus apertum est intercidisse, quibus ad Charini mentionem sermo traduceretur* 850. conueniundi **F**. conueuiündi **C**. conueniendi **D**. conueniendi **BZ** 851. CHA. *om.* **Z** utut **B** abiicio **FZ** 852. caltor **B**. clauator **Z**, *idque 'alibi legi' Pius dicit* equuſ *libri* agaso sum **R**. agaſ **B**. agaſo **CDF**. agaſſo **Z** armior **B**. armier **C** 853. ſumihi **C** oboedio **CD**. obędio **B**. obedio **FZ** 854. uſuſt **Db** o Cupido *Camerarius*. occupido **B**. cupido **CDF**. cupiduſ **Z** cupido quautuſ eſ *Nonius profert p. 421* 855. quæuiſ **C** 856. diſldentem **C** 857. EVT. *om.* **Z** quoniam **F** ego **B**, *Bentleius in Adelph. IV, 2, 30. om. reliqui. Fallitur Kampmannus de reb. mil. p. 34* certa rest *Acidalius*. certareſt

CHARINVS.

Cérta rest,
Me úsque quaerere fllam, quoquo ea hínc abductast géntium,
Néque mihi ulla opsístet amnis néc mons neque adeó mare
Néc calor nec frígus: metuo néque ueutum neque grándinem:
'Imbrem perpetiár, laborem súfferam, solém, sitim.
Nón concedam néque quiescam úsquam noctu néque dius
Príus profecto quam aút amicam aut mórtem inuestigáuero.

EVTYCHVS.

Néscio quoia uóx ad auris mi áduolauit.

CHARINVS.

'Inuoco
Vós, Lares uiáles, ut me béne iuuetis.

EVTYCHVS.

Iúppiter,
Éstne illic Charínus?

B. certa ref eft *reliqui* 858. Meufque **B**. Menfque **Z** querere **BC** ea hinc abductast **R**. hinc abductaft **BCD**. hinc abducta eft **FZ**. hinc est abducta *Bothius* 859. ulia mihi *Nonius p. 191* opfiftet **C**. obfiftet **B**. obfiftat **DFZ**. obftauit *Nonius* nec monf **BCDF**, *Nonius*. neque monf **Z** neque adeo] atque adeo *Nonius* 860. Nec calor nec friguf **BCDa**: *quae cum* metuo *construebant Philargyrius in Verg. Georg. II, 344* neque friguf neque calor *exhibens, Nonius p. 200 neutri generis* calor *dicens et tamen* neque frigus neque calorem *afferens secundum codices: item Gruterus et teste Rutgersio Var. lect. V, 17 Scaliger. Verum viderunt Mercerus, Pareus.* Nec calorem nec friguf **DbFZ**. Neque frigus neque aestum *Guyetus* 861. imbrem **D** fufferam **D** 862. considam *Palmerius* quiefcam' quam **D**. conquiefcam ufquam **Z** diuf **DaFZ**: *quod servandum duxi.* dnif **C**. diuf **Db**. uif **B**. interdius *Camerarius*. diu *Bothius* 864. *Hinc usque ad finem fabulae personarum notas plerasque omnes omittunt* **CDa** cuia nox. **B**. cuia uox *reliqui* aurif **B**. auref **CDF**. aurem **Z** 865. lares *hic om.* **Z**, *collocat post* tutetif uialef **BCDF**, *Nonius p. 476.* dialef **Z** bene iuuetis *Camerarius*. bene uiuetif **B**. beue

CHARINVS.

Ciues, béne ualete.

EVTYCHVS.

'Ilico
Stá, Charine.

CHARINVS.

Quís me reuocat?

EVTYCHVS.

Spés, salus, uictória.

CHARINVS.

Quíd me uoltis?

EVTYCHVS.

'Ire tecum.

CHARINVS.

'Alium comitem quaérite.
Nón amittunt hís me comites quí tenent.

EVTYCHVS.

Qui súnt ei?

CHARINVS.

Cúra, miseria, aégritudo, lácrumae, lamentátio.

EVTYCHVS.

Répudia istos cómites atque hoc réspice et reuórtere.

---

tutetiſ **CDFZ**: *qualibus libris deceptus* tutetiſ *etiam Nonius* 866. ille **FZ** *inter* bene *et* ualete *spatium* **C**. bene ualete ciues *Guyetus* heus, ilico *Bothius, non male* 867. quis **R**. qui *libri* 868. aliuui **C** querite, *et* ite *e corr.,* **C** 869. admittunt **Z** his **R**. hi·i *cum unius litterae rasura* **B**. hi *reliqui* ii **F** 870. miſera **C** lacrumae **D**. lachrume **F**. lachrymae **Z**. lacrum uel **B**. lacrime *cum spatio* **C** 871. hoc (*i. e.* huc) *libri.* huc *Lambinus* reuertere **C**

CHARINVS.

Síquidem mecum fábulari uís, subsequere.

EVTYCHVS.

Sta ílico.

Nám amicus [tibi béneuolenti] atuénio multum béneuolens.

CHARINVS.

Mále facis, properántem qui me cómmorare: sól abit.

EVTYCHVS.

Si húc item properés ut istuc próperas, facias réctius.
Húc secundus uéntus nunc est: cápe modo uorsóriam.
Híc fauoniús serenust, ístic auster ímbricus:
Híc facit tranquíllitatem, iste ómnis fluctus cóniciet.
Réspice ad dextrám, Charine: nónne ex aduorsó uides
Núbis atrae ut ímber instat? spíce nunc ad sinísteram:
Caélum ut est splendóre plenum, uíde sis, atque [innúbilum].

---

872. *post* ſta *spatium* **C** 873. *Huc revocavi, qui in libris post v. 887 collocatus est talis:* Sta ilico. amicuſ at uenio multum bene uoleſ. *Vbi* EVT. ſta ilico **FZ**, *pro eisdem autem verbis* ſtudio **C** — aduenio **FZ** — beneuolenſ **Z**, beneuolens. CHA. quid est? *Camerarius de suo.* ſta ilico *errore iterata sunt e fine superioris versus. Pro* tibi beneuolenti *poteris alia, ut* tibi opitulatum 874. Malifacif **Z** commemorantem **C** *ante ras.*

875. properaſ **D** ut *om.* **Z** 876. Huc] Nuno **Z**. Hinc **F** *ante* cape *spatium* **D**, *amplius etiam* **B** 877. fauoniuſ ſerenuſt iſtio **B**. ſerenuſ fauoniuſ eſt hio *reliqui* *post* auſter *spatium* **C** imbriuſ **C** 878. omnif *omnes* coniciet **B** 879—881 *restitui ut potui. Quos corruptissimos vulgo sic* **B** *exhibet:*

Recipite ad terram charine huc. non me ex aduorſo uideſ?
Nubiſater inberque inſtat. aſpiciae non ad ſiniſtram atque detiſ
Celum ut ſplendore plenum ex aduorſo uideſ.

A **B** *in his reliqui discrepant:* 1. Re•ſpite **Db**. Reſpue **F**. Reſpice **Z**, *'nonnulli libri mss.' Lambini.* Recipe te *Camerarius* terram **Db**. dextram **FZ**. dexteram *eidem illi Lambini* non ne ex **CDFZ** aduerſo **CD** 2. Nubiſ ater imberque **CD**. Nubiſ atra ĩberque **FZ**. Nubis ater imber ut *Guyetus.* Nubs ut atra atque imber *fuit cum conicerem*

CHARINVS.

Réligionem mi óbiecisti: récipiam me illúc.

EVTYCHVS.

Sapis.

'O Charine, cóntra pariter fér gradum et confér pedem.
Pórge bracchiúm.

CHARINVS.

En, prende. iám tenes?

EVTYCHVS.

Teneó.

CHARINVS.

Tene.

EVTYCHVS.

Quó nunc ibas?

CHARINVS.

Éxulatum.

---

aſpice non at ſiniſtera ***C***. aſpice ñ ad ſiniſterã ***D***. aſpice nunc ad ſiniſtram ***Z***. aſpice ad ſiniſtram ***F***. iam ad sinistram respice *Guyetus.* nunc sinistrorsum aspice *olim conieceram* atque ut detiſ ***CD***. atque uideſ ***FZ***. atque uide sis *Scioppius Susp. lect. III, 11.* atque uidebis *Bothius octonarios procudens valde inconditos* 3. Cęium ***CZ***. Coeium ***D*** ſplendore eſt ***CDFZ*** ex aduorſo (aduerſo ***C***) uideſ *huc illapsa ex v. 878 exitum versus expulerunt, cuius pars, nisi fallor, servata est in fine proximi superioris* atque ut detiſ. *Quibus verbis neglectis olim cogitabam de tali versu:* Caelum ut est splendore plenum, rursum ex auorso uides: *ubi* auorso *Bothius praeierat. Ceterum duos versus Acidalius hos edolabat:* Recipe te retro, Charine, huc: non ex aduerso uides? Nubis atra imberque instat: coelum hic plenum splendoris est 882. CHA. *Saracenus. om.* ***FZ*** Relligionem ***C***. Religionem ***FZ*** mi obiecisti ***R***. illic obiecit ***B***. illi obiecit *reliqui, nisi quod* obicit ***Z***. obiecit illic *Bothius, pro quo saltem* illic mi obiecit *debebat* illuc. EVT. sapis *Saracenus.* illuc. ſapiſ ***Z***. cui illuc ſapiſ ***F***. 883. garine ***BC*** 884. Porge ***R***. Porrige *libri* bracchium ***B***. brachium *reliqui* CHA. en prende. iam tenes? EVT. teneo. CHA. tene ***R***. prende. iam teneſ? CHA. teneo. EVT. tene *libri, nisi quod* pende ***B***. *Vbi* praehende *Pylades* 885. EVT. ***R***. *om. libri*

EVTYCHVS.

Quíd ibi faceres?

CHARINVS.

Quód miser.

EVTYCHVS.

Né paue: restítuam iam ego te in gaúdia antiqua ócius:
Máxume quod uís audire, it aúdies.

CHARINVS.

Quid ego aúdiam?

EVTYCHVS.

Túam amicam

CHARINVS.

Quíd eam?

EVTYCHVS.

Vbi sit, égo scio.

CHARINVS.

Tune óbsecro?

EVTYCHVS.

Sánam et saluam.

Quod ***BaC*** quid ibi ***B***. qui tibi ***CD***. quid tibi ***FZ*** faceres *Lachmannus*. facerbiſ ***CD***. facere uiſ ***BFZ***. facere is *Gruterus* quot ***B***. quid ***Z*** miſer ***B***. miſerſt ***C***. miſertſt ***D***. miſer eſt ***FZ*** 886. iam] tibi iam ***D*** gaudia antiqua ocius ***R***: *nisi quid aliud latet*. gaudiantiq' ut ſiſ ***CD***. gaudiantq' ut ſiſ ***B***. gaudium utique ut ſiſ ***FZ***, *cum* maxime *iungentes*. gaudia, antequam is. CHA. eo *Camerarius*. g. antiqua ut sies *Pareus*. *Cf. Mus. Rhen. nov. VII p. 579* 887. Maxime quod ***B***. maxime (*in fine versus cum* ut ſiſ *iunctum*) Quod ***CD***. maxume. CHA. Quod ***F*** *et, nisi quod* maxime *et* Quid, ***Z*** it ***C***. id ***DFZ***. *om.* ***B*** audies *Camerarius*. audiſ *libri* CHA. quid ego audiam ***R***. quod gaudeaſ *libri* EVTYCHO *continuantes* *Sequitur in libris, quem post v. 872 inseruimus* 888. EVT. Tuam amicam *Camerarius* (*post* CHA. quid est? *a se addita*). tuam amicam *cum* beneuole(n)ſ *iungentes libri* quidem eam ***F*** ubi sit] *fort.* ubi ea sit tune obſecro ***B***. tu me atumne obſecro ***CD***. tu meam tune obſecro ***F***. tun. oam tunc obſecro ***Z***. tun' autem, obsecro *Bothius* 889. quo ego ***B***. ogo ***CDFZ***. *Valde sus-*

CHARINVS.

'Vbi eam saluam?

EVTYCHVS.

Quo égo scio.

CHARINVS.

Ego me máuolim.

EVTYCHVS.

Pótin' ut animo sís tranquillo?

CHARINVS.

Quíd, si autem animus flúctuat?

EVTYCHVS.

Égo tibi istunc ín tranquillo et túto sistam: né time.

CHARINVS.

'Obsecro te, elóquere [propere, ea] úbi sit, ubi eam uíderis.
Quíd taces? dic: énicas me míserum tua reticéntia.

EVTYCHVS.

Nón longe hinc abést a nobis.

CHARINVS.

Quín commostras, sí uides?

---

pectum illud qno mauelim **FZ**. mauetim **CD**. malim **B** 890. tranquilla **B**. tranquillā **CD** si autem animns *Bothius*. ſint antimuſ **B**. ſintantimnſ **C**. ſint animnſ **D**. ſi animuſ **FZ** fluctnant **BCD** 891. tibi istunc *Acidalius*. iſtum *libri* in tranquillo et tuto sistam *Camerarius*. intranqnietu oſiſtam **B**. in tranſqnieto tuto ſiſtam *reliqui* 892. eloqnere propere, ea ubi **R**. loqnere nbi *libri*. loquere nuno ubi *Camerarius* uederiſ **C** *h. e. fortasse* ueideris 893. dic] dic. cur **F** reticentia **Z**. recentia *reliqui* 894. abeſta••nobiſ *cum duarum triumve litterarum rasura* **B**. abſt a nobiſ **C**. abest *sine* a nobis *Camerarius* quin commonstras si uides *Guyeto duce Bothius*. quin ergo commonſtraſ ſi tu uideſ **Z** *et, nisi quod* commoſtraſ, **F**. quin ergo cōmoſtraſ ſ& ut uideſ **D**. qnin ergo cōmoſtraſſet ut uideſ **C** *et, nisi quod* quem,

Evtychvs.

Nón uideo hercle núnc, set modo uidi.

Charinvs.

Érgo ego quin uideám facis?

Evtychvs.

Fáciam.

Charinvs.

Longum istúc amantist.

Evtychvs.

Étiam metuis? ómnia

Cónmostrabo. amícior mihi núllus uiuit átque is est
Qui íllam habet: nequést, quoi magis me mélius uelle aequóm siet.

Charinvs.

Nón curo istunc: dé illa quaero.

Evtychvs.

Dé illa ergo ego dicó tibi.

B 895. set modo uidi. Cha. ergo ego quin **R**. ſed uidi modo. Cha. quin ego **F** *et, nisi quod* quem, **Z**. ſit uidim modo quem ego **C** *et, nisi quod* uidin, **D**. ſi uidit modo. Cha. quem ego **B** uideam **FZ**. uidea **D**. uideo **BC** 896. Faciam. Ch. longum istuc *Pareus.* Faciam lon Cum iſtunc **B** *et, nisi quod* cum, **CD**: *cum lacuna.* Faciam. Ch. longinquum iſtuc **FZ** amantiſt *omnes* et iam **B** (*ut saepe*) metuis? omnia *Lambinus.* metuiſ omnia **B**. metuis? Ch. omnia. Ev. *Acidalius.* emetuiſ omnia **CD**. emutiſ omnia **FZ** 897. Cōmonſtrabo **Z**. Cōmoſtrabo **F**. Conmonſtrabor **CD**. Cha. Cum monſtrabor **B** atque] ut **D** (?) 898. neque eſt *libri* quoi *Pius.* cum **B**. qui *reliqui* me melius uelle *Guyetus.* me uelle me meliuſ **BCD**. me uelie meliuſ **FZ** equom **CD**. aequum **FZ** ſient **BCD** 899. Cha. *om.* **B** Non curo iſtunc: de illa **R**. Nunc curam de iſtuc ulla **B**. Non curā de iſtuc ulla **CDZ**. Non curam de iſtuc illam **F**. de iſtoc ullam *e 'codd. ant.' affert Pius.* Non curo istuc: illam *Camerarius.* istunc *iam Acidalius commendabat* quero **C** . *Sequitur in libris quem suasore Acidalio traiecimus post v. 921. Quem fuit eum hoc loco servari posse talem coniceremus:* Sáne hoc non in méntem

CHARINVS.

Díc igitur, ubi illást?

EVTYCHVS.

In nostris aédibus.

CHARINVS,

Aedís probas,

Sí tu uera dícis, pulcreque aédificatas árbitro.
Séd qui ego istuc crédam? uidisti án de audito núntias?

EVTYCHVS.

Égomet uidi.

CHARINVS.

Quís eam adduxit ád uos?

EVTYCHVS.

Em, iniqué rogas.

Quíd tua refért, quicum istuc uénerit?

CHARINVS.

Dum istíc siet.

---

uenit dúdum, ut [reperirém] tibi 900. illa eſt *libri* edibuſ noſtriſ ***F*** aedibust *Bothius* aedis] euge aedis *Lachmannus* 901. pulcreque *Camerarius.* pulchre *libri.* et pulchre *Pylades* arbitro ***BC***. arbitrio ***Da***. arbitror ***DaFZ*** 902. qui *Pylades.* quid *libri* uidisti? an de audito *Guyetus:* uidistin? an de auditu *Camerarius: ubi* audito *Gruterus.* nidiſtiſ. ante audito ***BCD***. uidiſtin an tn audito ***F***. an tu audito *etiam Pii 'prisca exemplaria.'* uidiſtin? an tu: audio ***Z*** nuntiaſ ***F***. nunciaſ ***Z***. inociaſ ***B***. inotiaſ ***C***. inotiaſ ***D*** 903. Egomeſ ***CDa*** ad ***B***, *'prisca exemplaria' Pii. om. reliqui* em inique ***R***. iniqne *libri.* quis? inique *duce Acidalio Guyetus.* euim iniqne *Bothius. Minus vel* pol *vel* at inique *placet.* haud aeque *Schneiderus gramm. lat. I p. 568* *Sequitur in libris, quem hinc semotum ab Acidalio post v. 911 posuit Bothius* 904. tua refert ***FZ***. ima refert ***CD***. amare fert ***B***. amorem refert *Bothius* istuc ***R***. iſtac *libri: (quod sic* qui cnm istac *Lachmannus tuebatur.)* ista *Lambinus.* istaec *Acidalius* uenerit? CHA. dum *Camerarius.* uenerit dum *libri* istic siet *Acidalius:* istuc siet *Camerarius.* iſtuc ſit ***BCDF***.

EVTYCHVS.

Ést profecto.

CHARINVS.

'Opta ergo ob istunc núntium quiduís tibi.

EVTYCHVS.

Quíd, si optabo?

CHARINVS.

Dĕos orabo, ut éius faciant cópiam.

EVTYCHVS.

Dérides?

CHARINVS.

Seruáta res est démum, si illam uídero.
Séd quin ornatum húnc reicio? heus, áliquis actutum húc foras
Éxite, illinc pállium mi ecférte.

EVTYCHVS.

Hem, nunc tu míhi places.

CHARINVS.

'Optume aduenís: cape, puere, chlámydem atque istic sta
flico,

ſtuc ſic **Z** 905. Evt. *Camerarius.* Cha. **B** *(personas permutans etiam in proximis duobus versibus).* *om.* **FZ** obta **CD** iſtuc **BCD** nuncium **C** 906. si] ſit **CD** orabo *Aldina, Acidalius.* orato *libri, nisi quod* oratạte **C** faciat copia **BCD**. faciat copiam **F**. faciant copia **Z** 907. Deridiſ ſeruata **BCD** illa uideor **B**. illa nideo **CD** 908. quin] cum **B** reiicio **FZ** heus aliqnis *Pylades, Acidalius.* heuſ aliquiſ eſt (*vel* ē) *libri.* heus aliquis heus *Camerarius* actuum **C** hunc **BCD** huc actutum *sine* foras **F** 909. ecferte *Scioppius Susp. lect. II, 21.* haec ferte **BaCDa**. ha.c ferte **Bb**. hnc ferte **DbFZ** mihi *Acidalius.* mihi ut *libri* 910. Optime **Z** adnenis *Acidalius.* adnenienſ *libri* cape puere *Bothius.* puere cape *libri, nisi quod* puer **Z** clamidem **BCD** atque *Bothius.* atque haec *libri, nisi quod* hec **B** iſtic **F**, *Acidalius, Handius Tursell. III, p. 208.* iſtinc *libri* ata *Camerarius.* ſat **BCD**. ſine **FZ**:

'Vt, si haec non sint uéra, inceptum hoc ítiner perficere éxsequar.
Véra dicis?

EVTYCHVS.

Nīl, Charine, té quidem quicquám pudet.
Nón mihi credis?

CHARINVS.

'Omnia equidem crédo, quae dicís mihi:
Séd quin intro dúcis me ad eam, ut uídeam?

EVTYCHVS.

Paulispér mane.

CHARINVS.

Quíd, manebo?

EVTYCHVS.

Témpus intro eúndi non est.

CHARINVS.

Énicas.

EVTYCHVS.

Nón opust, inquám, nunc intro te íre.

CHARINVS.

Respondé mihi:
Quá causa?

EVTYCHVS.

Operae nón est.

---

quod decepit Handium p. 464 911. incoeptum **D** itinere **CD**. itimere **B** exſequar *pro* exequar **B** 912 *huc reposuit Bothius, in libris collocatum post v. 903. Post v. 936 collocabat Acidalius* carine **B** quidem *om.* **FZ** *(habent etiam Pyladis codd.)* 913. quae dicíſ **Z**. que edicíſ **F**. quia edicíſ **BCD** tibi **B** 914. quin] cum **B** 915. Quin **F** 916. opuſ eſt *libri* intro te ire reſ pone (d *superscr.*) **C**. introt•• reſ Ch. Ponde **Ba**. introi•• re. Ch. Ponde **Bb** 917. *personae nota erasa ab initio in* **B** Ev. *ex* Ch. *corr.*

CHARINVS.

Cur?

EVTYCHVS.

Quia nón est illi cómmodum.

CHARINVS.

'Itane? commodum ílli non est, quaé me amat, quam ego cóntra amo?
'Omnibus me lúdificatur híc modis. ego stúltior,
Quí isti credam, quóm moratur. chlámydem sumam dénuo.

EVTYCHVS.

Máne parumper átque hoc audi.

CHARINVS.

Cápe sis, puer, hoc pállium.

EVTYCHVS.

Sáne hoc non in méntem uenit dúdum ut tibi [concrédcrem.]
Mátcr iratást patri uehcménter, quia scortúm sibi
'Ob oculos addúxerit in aédis, dum ruri ípsa abest:
Súspicatur íllam amicam esse ílli.

CHARINVS.

Sonam sústuli.

B opere **Z** commodi **BC**. commodj **D** 918. contra amo **FZ**. contra iam **B**. contraham **CD** 919. mo ludificatur hic *Gulielmus.* hio iudificatur me *libri* doiiſ **FZ** ſtultitior **B** 920. Qui **B**, *Pius.* Quid *reliqui* iſtic redam **B**. iſtic reddam **CD** quom moratur **R**. commoratur *libri. Nisi* qui moratur *praestat* clamidem **BCD** 921. hoc **Z**. haec *reliqui* 922 *hic repositus de sententia Acidalii, in libris post v. 899 collocatus* ut tibi concrederem **R**. ut tibi **B**. ut ob **CDFZ**. ut obeo '*codd. antiqui' Pii.* ut oblitum *Saracenus.* ut urbem obambulo *Pylades.* uti tibi dicerem *Camerarius* 923. mater **DFZ**. Mano **B**. *om.* **C** irata eſt *libri, spatio inter utramque vocem relicto* **C** 924. ob oculoſ **Z**. Ob ocuiiſ **BCD**. ab oculiſ **F** abduxerit **F** 925. *pro personarum notis in hoc et duobus proximis versibus spatia vacua* **B** Sonam **BCFZ**. Senam **F**.

EVTYCHVS.

Ěam rem nunc exquírit intus.

CHARINVS.

Iám machaerast ín manu.

EVTYCHVS.

Núnc eo si te íntro ducam

CHARINVS.

Tóllo ampullam atque hínc eo.

EVTYCHVS.

Mánc, manc, Charíne.

CHARINVS.

Erras: mé decipier haúd potest.

EVTYCHVS.

Néque uolo edepol.

CHARINVS.

Quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sinis?

EVTYCHVS.

Nón sino.

CHARINVS.

Egomet mé moror. tu púere, abi hinc intro ócius. Iam ín currum conscéndi, iam lora ín manus cepí meas.

CH. zonam *Pio Saracenoque ducibus Pylades* 926. EV. Eam *idem.* Eam *libri* machaerast ***Z***. macharaſt ***C***. machareſt ***B***. macheraſt ***DF*** 927. Nnnc eo si te ***R***. Nam ſcio te ***B***. Nam ſi eo te *reliqui.* Nam si eo te nunc *Camerarius.* Nam si eo ted *Bothius* ampulam ***Z*** 928. Heus mane mane Charine *idem.* Heus mane mane Charine, heus *Guyetus* chare ***Da***, charine ***Db*** decipier haud potest ***R***. decipere haud poteſt ***BC***. decipere haud poteſ ***DFZ***. iam decipere haud potes *Guyetus.* decipere non potes *alii* 929. uolo edepol ***CDFZ***, *nisi quod* ędepol ***Z***. edepol uolo ***B*** itiner ***CDFZ*** *et haec verba proferentes Nonius 482, Priscianus VI p. 695 (I p. 245 Kr.).* iter ***B*** exſequi *pro* exequi ***B*** metum ***Ba*** 930. egomet me moror *Bothius.* egomet memor *Priscianus VII p. 735 (I p. 303 Kr.).* ego me moror ***BCDZ***. egone moror ***F*** puere ***CDF***, *Prisc.* puer ***BZ*** 931. curſum ***B*** conſcendi ***FZ***. neſcendi ***B***. eſcendi ***CD***, *Scioppius Susp. lect. I, 21*

EVTYCHVS.

Sánus non es.

CHARINVS.

Quín pedes uos ín curriculum cŏicitis

'In Cyprum rectá, quandoquidem páter mihi exiliúm parat?

EVTYCHVS.

Stúltus es. noli ístuc quaeso dícere.

CHARINVS.

Certum éxequist,

'Operam ut sumam ad pérueſtigandum, úbi sit illaec.

EVTYCHVS.

Quín domist.

CHARINVS.

Nam híc quod dixit, íd mentitust.

EVTYCHVS.

Véra dixi equidém tibi.

CHARINVS.

Iám Cyprum uení.

EVTYCHVS.

Quin sequere, ut íllam uideas quam éxpetis.

CHARINVS.

Pércunctatus nón inueni.

EVTYCHVS.

Mátris iam iram néglego.

---

iam hora **B**. lora iam *Lachmannus* cępi **C** 932. coicitis **B**. conicitiſ **BCD**, *Beckerus Quaest. p. 26*, *Kampmannus de In praep. p. 35.* coniicitiſ **FZ** 933. cyprim (v) **D** mihi pater *Guyetus* exsulium imperat *Parcus* 934. exſequiſt **BCDa**. exequiſt **FZ**. exequiſt (e) **Db** 935. ſumma **Z** ad ueſtigandum **B** ſit illec **Z**. illec ſit **F** Ev. *et proximo v.* Ch. *om.* **B** domiſt (e) **Db** 936. hic **B**. id *reliqui* id *om.* **B** mentitūſt **BF**. mentituſt (e) **D** dico **FZ** 937. uideãſ **C** 938. Percunctatuſ eſt **F**. Perconctatuſ *Scu-*

CHARINVS.

Pórro proficiscór quaesitum. núnc perueni Chálcidem.
Vídeo ibi hospitém Zacyntho: díco quid eo aduénerim:
Rógito quis eam uéxerit, quis hábeat, si indaudíuerit.

EVTYCHVS.

Quín tu istas omíttis naugas ác mecum huc intro ámbulas?

CHARINVS.

Hóspes respondít, Zacyntho fícos fieri nón malas.

EVTYCHVS.

Nîl mentitust.

CHARINVS.

Séd de amica se índaudiuisse aútumat,
Híc Athenis ésse.

EVTYCHVS.

Calchas ísto quidem Zacýnthiust.

CHARINVS.

Náuem conscendó, proficiscor ílico: iam súm domi,
Iám redii de exílio. salue míhi, sodalis Eútyche.

---

tarius negleglo **B**. negligo **F** 939. q'ſitum **C** calcidem **CDF** 940. ibi *om.* **Z**. ubi **F** zacinto **BC**. zacincto **D**. hiacyntho **F** eo] ibi **F** 941. Rogito *Pius.* Cogito *libri* si indaudiuerit *Camerarius.* ſi ibi inde audiuerit *libri*, *nisi quod* Ibi **C**. si ibi inaudiuerit *Pylades* 942. Cum tu **B** naugaſ **C**. nugaſ *reliqui* 943. $\overset{\text{ſpon}}{\text{redit}}$ **D** *ead. m.* zacintho (*cum vacuo spatio ante eam vocem*) **B**. zacyno (n above) **C**. zacincto **D**. hiacyntho **F** 944. Ev. *om.* **B** mentituſ eſt *libri* Ch. *spatium* **B** se indaudiuisse **R**. ſe $\overset{\text{i}}{\text{indaudiſſē}}$ **D**. ſe inaudiiſſē **C**. ſe inaudiſſe **BZ**. ſe audiſſe **F**. sese inaudisse *Camerarius.* indaudisse se *Bothius, Fleckeisenus Exerc. p. 44* autumant **BCD** 945. Ev. *om.* **B** Calchas *Camerarius.* calcaſ **BDF**. callaſ **C**. chalcaſ **Z** zacyntiuſt **C**. zacyntuſt **B**. zaciuctuſt, *sed corr.* zacinctiuſt, **D**. zacynthuſt **Z**. hiacynthuſt **F** 946. Ch. *om.* **B** iam **FZ**. ea **BCD** 947. Ev. *praemittit* **B** redii de exilio **R**. redi exilio *libri.* redii exilio *Pylades*: *et* Iam iam *geminans Bothius.* rediui exilio *coni. Camerarius.* redii ex exilio *cum Kampmanno de reb. mil. p. 33 Fleckeisenus Exerc. p. 11*

'Vt ualuisti? quíd, parentes mĕi ualent? tam grátiast:
Béne uocas, benígne dicis. crás apud te, núnc domi.
Síc decet, sic fíeri oportet.

EVTYCHVS.

Ého tu, quin tu sómnias.
Híc homo non sanúst.

CHARINVS.

Medicari amícus quin properás mihi?

EVTYCHVS.

Séquere sis.

CHARINVS.

Sequór.

EVTYCHVS.

Clementer quaéso: calces déteris.
Aúdin tu?

CHARINVS.

Iam dúdum audiui.

EVTYCHVS.

Pácem componí uolo

---

mihi, *non* mi, *libri* eutice ***BCD*** 948. *Sic* ***R***. quid parentes mei? ualeut? tibi gratia est *Pylades*. quid pareutiſ metuat mater dati *libri, nisi quod* pareuteſ ***FZ***, maĩ ***CD***. quid pareutos? quid tua mater? satin beue? *Pius*. quid, pareutes mei ualeut? coeua dabitur *Camerarius*. quid pareutes? mecum ad matrem cedito *Bothius*. *Tanquam respondentem audire Eutychum Charinus sibi videtur: ipsa responsa non dantur* 949. beuigna aediciſ ***B*** eraſ ***Z*** uunc *Pius*. non *libri* 950. Sio *Pius*. Si *libri* fierit ***B*** eho tu: quin tu somuias ***R***. eloquenifomuiaſ ***B***. eloque ni ſomniaſ ***D***. eloquere ſomuiaſ ***C***. eloque inſomuiaſ ***F***. io. quę inſomnia ***Z***. eho, quae tu somuias *Camerarius*: *ubi* ehodum quae *Guyetus*. eloquere, au tu somnias *Bothius* 951. nou sauust *Guyetus*. non ſauuſ ***CDFZ***. inſauuſ ***B***. nou sauus est *Pylades*. insauust *Bothius* CH. *om*. ***B***. amiciſ ***F*** properas mihi ***R***. properaſ *libri*. *Fortiore medicamento* amicus quin properas medicarier *Bothius*, *Hermannus* 952. Ev. *om*. ***B*** Sequere ſiſ ***F***, *Pius*. Seque reſ eſ ***B***. Seque reſeſ ***C***. Sequereſeſ ***D***. Sequere ſciſ ***Z*** queſo ***B*** 953. *ante* uolo *spatium* ***C***

Mĕo patri cum mátre: nam nunc íratast ei

CHARINVS.

'I modo.

EVTYCHVS.

Própter istanc.

CHARINVS.

'I modo.

EVTYCHVS.

Ergo cúra.

CHARINVS.

Quin tu ergo í modo:

Tám propitiam réddam, quam quom própitiast Iunó Ioui.

DEMIPHO. LYSIMACHVS.

DEMIPHO.

* * * * * *
* * * * *
* * * * * *
* * * * *

Quási tu numquam quícquam adsimile húius facti féceris.

LYSIMACHVS.

Édepol numquam: cáui ne quid fácerem. uix uiuó miser:

---

954. iratast ei **R**. eſt irata *libri* i *om.* **Z** 955. Ev. *Pylades. om.* **FZ** iſtanc modo **FZ** 956. Ev. tam **Z** propiciam *et* propicia **Z** quam••••propitia eſt *quattuor litteris erasis* **B**. quam cum propitia eſt *reliqui* *Act. V. Scaen. 3.* DEMIPHO LISIMACHVS SENES II **B** *et, nisi quod* LYS., **C**. *om.* **Da**. DEMIFO LYSIMAC' II **Db**. Demipho Lyſimachuſ **FZ** *Ab initio Demiphonis et Lysimachi sermones haud adeo paucos intercidisse apparet: sed non tales quales adduntur vulgo*
957. huiusce *Lachmannus* 958. 959 *hoc ordine Acidalius: inverso libri* 958. Ly. *om. libri* facerem. uix uiuo miser **R**. facerem uix

Nám mea uxor própter illam tóta in fermentó iacet.

DEMIPHO.

'At ego expurigátionem habébo, ut ne suscénseat.

LYSIMACHVS.

Séquere me. sed éxeuntem fílium uideó meum.

EVTYCHVS. LYSIMACHVS. DEMIPHO.

EVTYCHVS.

'Ad patrem ibo, ut mátris iram síbi esse sedatám sciat.
Iám redeo.

LYSIMACHVS.

Placét principium. quíd agis? quid fit, Eútyche?

EVTYCHVS.

'Optuma opportúnitate ambo átuenistis.

LYSIMACHVS.

Quíd reist?

---

niuumfer ***C***. facerem uix uiuumifer ***Da***. facere multũ mifer ***B***. facerem. uix uiuuf fum mifer ***DbFZ*** 959. Lys. *praemittunt libri* propte ellam ***CDa***. propter ellam ***Db***. prope illam ***B*** toto ***F*** 960. At ego ***F***. At g̊ ***B***. At ergo ***CDZ***. At ego eam *Camerarius*. Ast ego *Bothius: quod non debebam probare Parerg. I p. 516* expurigationem ***B***. expurgationem *libri* fuccenfeat ***Z***. fubcenfeat ***F*** 961. Ly. *om. libri* exuntem ***C*** *Sequuntur in **B** quattuor versus vacui*

Act. V. Scaen. 4. EVTICVS ADOLESCENS. SENES IDEM ***B***. EVTYCHVS ADVLESCENS EIDẼ LYSIMACHVS DEMIPHO ***C***. *om.* ***Da***. EVTIC' ADOŁ CHA ***Db***. Demipho Eutycuf Lyfimachuf Charinuf ***FZ***

962. 963 *hoc ordine ante Acidalium Pylades: inverso libri* 962. E. *praemittit* ***B***, Ev. ***DFZ*** Appatrem ***C*** secnram *Camerarius* 963. Ev. Iam ***B*** credo ***Z*** Ly.] De. ***B***. om. ***FZ*** *sine spatio* fiet ***B*** eutiche ***B***. eutice ***FZ*** 964. Ev. *om.* ***CDFZ***. *rasuram* ***B*** Optima *libri* oportunitatẽ ***BCD*** atuenistis ***B***: aduenistis *Camerarius*. ut uenistif ***B***. autuenistif ***C***. aut

EVTYCHVS.

'Vxor tibi placáta et placidast. cétte dextras núncïam.

LYSIMACHVS.

Dí me seruant.

EVTYCHVS.

Tíbi iam amicam ésse nullam núntio.

DEMIPHO.

Dí te perdant. quíd negotist nám quaeso istuc?

EVTYCHVS.

Éloquar.

'Animum aduortite ígitur ambo.

LYSIMACHVS.

Quín tibi ambo operám damus.

EVTYCHVS.

Quí bono sunt génere nati, sí sunt ingenió malo,
Sŭapte culpa [dámnum] capiunt, génus ingenio quom ín-probant.

---

neniſtiſ **D**. autem ueniſtiſ **FZ** rei eſt *libri* 965. placata et placida est *Bothius.* placida et placataſt *libri* cette *Camerarius: quam formam e* 'Plauto' *profert Phocas p. 1718 P.: e* 'Plauto et antiquie comoediographie' *Probus p. 1486 et Saeerdos Endlicheri p. 68: e* 'Plauto', *sed hoc addito testimonio* 'cette patri meo', *Cledonius p. 1916 et Pompeius p. 325, quae quidem verba* 'Terentio' *Alcuinus p. 2118 tribuit: non e Plauto Nonius p. 84.* certe **BCDFZ**. *Nugatur Handius Turs. II p. 14* nnnciam **Z**. nunc iam *reliqui* 966. *aut* te *pro* me *hoe versu, aut proximo* me *pro* te *Acidalius* iam **R**. *om. libri* nullam eſſe *sola* **Z** tibi uero eese nnllam amicam *Lachmannus* nuncio **Z** 967. qni *vitium Gronovianae* negotii eſt **B**. negotij eſt **D**. negocii eſt **CFZ** qneſo **B** 968. Lʏ.] Dᴇ. **B** 969. si eunt *Camerarius.* ſunt **BC**. om. **DFZ**. ei ſiunt *Guyetus simul* genio *scribens* 970. damnum **R**. genere *libri: quod e praegresso versu inrepsit* ingenio cum **R**. ingenium **BCDZ**. ingenuum **F**. *Poteris etiam de* ei *vel* ubi *eogitare* ĩprobant **C**. ⁱⁿprobant **D** Suapte culpa genere capiunt, genus ingennum improbant *Camerarius. Vbi* cupiunt *Scaliger ascripsit,* capiuntur *idem commendavit in Varr. rer. rust. II p. 242 ed. Steph.* Suopte

DEMIPHO.

Vérum hic dicit.

LYSIMACHVS.

Tíbi hercle dicit.

EVTYCHVS.

Éo illud est uerúm magis.

Nám te istac aetáte haud aequom fílio fuerát tuo
'Adulescenti amánti amicam erípere emptam argentó suo.

DEMIPHO.

Quíd tu ais? Charíni amicast ílla?

EVTYCHVS.

Vt dissimulát malus.

DEMIPHO.

'Ille quidem illam sése ancillam mátri emisse díxerat.

EVTYCHVS.

Própterea igitur tú mercatu's, nóuos amator, uétus puer?

LYSIMACHVS.

'Optume hercle: pérge porro: ego ádsistam hinc altrínsecus.

---

culpam generi capiunt *Salmasius et* faciunt *substituto Guyetus*: geniumque ingennum *idem*, genns ingenio *Lipsius. Alia aliis ineptiora alii: quorum honorificae mentioni Taubmannus consuluit. Nihil viderunt Rostius Opusc. p. 130 sq., Lingius de hiatu p. 28* 971. dicit hic *Camerarius* Ev. ***Z*** hĕrcle ***R***. ergo *libri* De. ***FZ***. illnd eſt nerum ***BCDF***. illnd nerum eſt ***Z***. id uerum est *Bothius*. uerum est *Guyetus. Longe a vero Lomanus p. 55 aberrat* 972. Ev. *praemittunt* ***FZ*** aetatē ***BCD*** eqnom ***B***. aequnm *reliqui* filio fuerat *Bothius*. fuerat filio *libri* 973. Adol. ***Z*** eripere emptam argento ***R***: *quanquam etiam* eripere argento emptam *cum Lachmanno vel* emptam eripere argento *licebat*. emptam argento eripere ***BCZ***, *item* ***E***. emptam eripere muſ argento (?) ***D***. emptam argento redimere ***F*** 974. charini ***B***, *Pius*. charine ***CDZ***. charino ***F*** atnicaſt ***C*** 976. mercatus *scribebatur* nonuſ *libri* 977. Cha. praemittunt ***FZ*** optime ***Z*** perge porro ***R***. perge *libri*. perge perge *Guyetus* ego ***C*** aſſiſtam ***FZ*** altrinſecuſ ***F***, *codd. Pyladis, Glossarium Plautinum.* alterin ſecuſ ***B***. alter inſecuſ ***C***. alterinſecuſ ***D***. alterniſ cęcuſ ***Z***

Quíbus est dictis dígnus, usque onerémus ambo.

DEMIPHO.

Núllus sum.

LYSIMACHVS.

Fílio suo qui ínnocenti fécit tantam iniúriam.

EVTYCHVS.

Quém quidem hercle ego [hódie, peregre] quom íret, redduxí domum:
Nam íbat exulátum.

DEMIPHO.

An abiit?

EVTYCHVS.

Étiam loquere, lárŭa?

---

978. oneremuſ **C** 979. *LYSIMACHO tribuit Camerarius, quem libri EVTYCHO una cum proximo* *ante* tantam *spatium* **C** 980. ergo **C**. hodie ego *Pylades* hodie peregre (*vel* peregre e patria) *exempli caussa* **R**. in exilium *libri e glossemate* cum *libri* reduxl *libri* 981—991 *sic et ordinandos et glossematis liberandos putavi. Quos* **B** *tales prodidit:*

981 Nam exlbat exilium. DE. an abiit? EV. et iam loqnere larua.
982 Temperare iſtac aetate iſtiſ decet te artibuſ.
987 DE. Fateor deliqui profecto. EV. et iam loqnero larua.
982 Vacuum eſſe iſtac aetate diiſ decebat noxiiſ.
984 Itidem ut tempuſ anni aetate aliam aliud ſactum conuenit.
985 Nam ſi iſtu cuiuſ eſt ſenecta aetate ſcortari ſeneſ
986 Vbl lociſ treſ ſumma noſtra publica? DE. ei perii miſer.
983 Adoleſcenteſ rei agenda ē magiſ ſolent opera dare.
988 Iam obſecro hercle uobiſ habeto cnm porciſ cum fiſcina.
990 Redde filio ſibi habeaſ. EV. iam ut uolt per me ſibi habeat licet.
989 Temperaro edepol quoniam nt aliter ſaciaſ non eſt copie.
991 DE. Supplicii ſibi ſumat quid uolt ipſe ob hanc iniuriam.

A quo exemplo discrepans tantum scriptura reliquorum afferetur deinceps. Et initium quidem perperam iteratis turbatum esse Osannus Analect. p. 202 vidit, nihil ultra suspicatus. Ceterum ipsa sermonum ratio talis est, ut non uno in loco, quae praestet personarum descriptio, ambigas 981. Nam iblt exulatum **CD**. Ṇam ibat exulatum **FZ** EV. etiam **CDFZ**.

Témperare istác ted aetate hís decebat nóxiis.
['Adulescentes réi agendae isti mágis solent operám dare.]
'Itidem ut tempus ánni, aetatem aliam áliud factum cóndecet.
Nám si istuc iuus sít, senecta aetáte scortarí patres,
'Vbi loci siét res summa púplica?

DEMIPHO.

Ei perií miser.

Fáteor, deliquí profecto * * * *
Iam óbsecro hercle habéte uobis cúm porcis, cum físcina.

LY. etiam *Gruterus* 982. 987 *hi sunt in* **CD**:

Temperare iftac aetate iftif decet te artibuf.
Fateor. deliqui profecto etiam loquere larua?
Vacuum effe iftac ted aetate hif decebat noxiif:

nisi quod tertio te detate hif dicebat **C**. *Quorum primo* decebat te *Pylades*, decebat *Camerarius*: *secundo* DE. Fateor *et* EV. etiam **DbFZ**: *tertio* te aetate **FZ** — hic **Z**, iis *Camerarius. Non est veri simile Plautinum versum talem fuisse:*

Temperare iftac aetate istis decebat te artibus.

983. Adulefcenf (te) **C**. Adolefcentef **Z** agendae ifti magif **CDFZ** operam **FZ** *Totus versus quin sit insiticius, prorsus non dubitandum videtur* 984. aetate aliam *etiam* **D** *et, nisi quod* etate, **C**. aetatem aliam **FZ**: *quod servans Lachmannus in Lucr. p. 64* condecet *pro* conuenit *Vncis hunc versum ut subditicium Guyetus inclusit. Qui fortasse e duobus coaluit, velut talibus:*

'Itidem, ut anni témpus [operam - áliud aliam póstulat,
'In hominum uita] aétati aliae - áliud factum cónuenit.

985. istuc iuus sit **R**: *servata scribendi consuetudine aetatis Attianae.* iftuc iuuf eft **CD**. iftuc iuuiffet **FZ**. istuc ius est *Pylades* feuex **Z**. patres **R** 986. loci siet res summa **R**. locif tref fumma noftra *etiam* **CD**: *quod esse* locist res *Fleckeisenus Exerc. p. 17 vidit.* loci ref fumma noftra **FZ** *et* est *addito Camerarius* puplica **C** hei **FZ**
987. *supplendus hoc exemplo:*

Fáteor: deliquí profecto, [quóm redemi illám mihi.]

988. DEM. Iam *Camerarius* hercle habete uobis *Acidalius.* hercle uobif habete *libri, nisi quod* habere **Z**. uobis hercle habete *Camerarius.* uobifcum habete *Servius in Georg. I, 266* cum porcif cum fifcina cum *libris Servius.* sportis *duce Salmasio vel* porris *coniciebat Acidalius*: fuscina *Sal-*

LYSIMACHVS.

Témperi edepol: quóniam, ut aliter fácias, non est cópia.

EVTYCHVS.

Rédde filió: sibi habeat.

DEMIPHO.

Iam út uolt, per me habeát licet:
Súpplici sibi súmat quod uolt ípse ob hanc iniúriam.
Módo pacem faciátis oro, ut né mihi iratús siet.
Si hércle sciuissém siuc adeo ióculo dixissét mihi,
Sé illam amare, númquam facerem ut íllam amanti abdúcerem.
Eútyche, oro té: sodalis ĕius es: serua et súbueni.
Húnc senem pará clientem: mémorem dices bénefici.

LYSIMACHVS.

'Ora ut ignoscát delictis hŭius atque adulescéntiae.

DEMIPHO.

Pérgin tu autem? heiá, superbe inuéhere. spero ego míhi quoque

masius. Res obscura 989. Temper edepol quóniam **D**. Temper edepol quō **C**. Semper edepol. Ev. quoniam **FZ**. Temperi edepol, quoniam *Acidalius* *ante* ut *et ante* faciaſ *vacua spatia* **C** copię **DZ**. copia *Guyetus* 990. Ev. Redde **DbFZ** ſibi habeaſ **C**. ſi habeaſ **DFZ**. sibi habeat *Camerarius, postquam idem 'alibi legi' Pius dixit* habeat. De. iam ut uult, per *idem*. habeaſ iam uolt per **CD**. habeaſ iam uolt. De. per **FZ** ſibi *om. Guyetus* 991. ſibi *om.* **CDFZ** ſūma **Z** quod *Bothius*. quid *libri* uult **F** 992. faciat miſero ut **B** iratus siet *Pylades*. iratuſ ē (*vel* eſt) **BCD**. iratuſ **FZ** 993. ercle (h *suprascr.*) **C** loculo **BCDF** 994. Sed **C** 995. Cha. **Z** Eutiche **BCD** oro te **R**. te oro *libri*. ted oro *Guyetus* eiuſ eſſe rura et **B**. eiuſ eē rua et **CD** 996. para *Guyetus*, *Bentleius in Andr. I, 1, 17*. para me *libri* benefici **CD**. beneficii **FZ**. Ev. beneflet **B** 997. Ly. *Camerarius*. Ev. **FZ**. *om.* **BCD** deliciiſ **BCDF** huius *Acidalius*. tuiſ *libri*. eius *Bothius* adol. **Z** 998. Dem. *Camerarius*. Lis. **B**. Cha. **DbFZ** eia **Z**. hia **CD**. hya **F**. huc **B**

Ceterum autem? heia, superbe inuehere! **R**: *qui non recte iudicavi Parerg. I p. 454 sq.* autem, eia superbe, inuehere? *inde a Camerario vulgo.*

Témpus talc euénturum, ut tibi grátiam referám parem.

LYSIMACHVS.

Míssas iam ego istas ártis feci.

DEMIPHO.

Et quídem ego dehinc iam

LYSIMACHVS.

Níhil agis:

Cónsuetudine ánimus rursus te húc inducet.

DEMIPHO.

'Obsecro,

Sátis iam ut habeatís. quin loris caédite etiam, sí lubet.

EVTYCHVS.

Récte dicis: séd istuc uxor fáciet, quom hoc resciuerit.

DEMIPHO.

Níhil opust resciscat.

EVTYCHVS.

Quid istic? nón resciscet: né time.

---

autem in hunc superbe inuehere? *Bothius. Non videtur de* eheu *vel* ohe *vel* oiei *cogitandum* 999. Tempus euenturum tale, ut gratiam *Hermannus. Qui poluerat etiam* Tempus tale esse euenturum ut gratiam 1000. Lys. *Camerarius.* Dem. **DbFZ**. *om.* **B** Miſſuſ **BC** artis feci. De. et *Gruterus*: artis feci. et *Pylades*: artes faciam. De. et *Camerarius.* artificiet **BCD**. artifici et **FZ**. arteſ feci et *'prisca exemplaria' Pii*, *'codices antiqui' Pyladis* iam. Lys. nihil agis *Lachmannus.* iam nihil (*cum spatio*) **BCDa**. iam. Ev. nihil **Db**. iam. Cha. nihil **FZ**. iam. Lys. nihil *Camerarius.* iam. Lys. nisi *Bothius cum proximis construens.* iam omisero. Ly. **B** *olim. Nihil effecit Brixius Quaest. p. 50* 1002. lociſ **FZ** caedite *pro* cedite **B** 1003. Evt. **DbFZ**. Lys. **B**, *Camerarius*: *de quo dubitari potest* qm̄ **B**. cum *reliqui* 1004. opuſ eſt *solus* **B** Evt. quid istic? non *post Saracenum Camerarius.* Cha. quid iſtic non **DbFZ** *et sine* Cha. **CDa**, *sed cum rasura i litterae* **C**. Lis. quid iſtic non **B**. Evt. quid istuc? non *Pylades*: *et* quid iſtuc *e suis codd. Lambinus affert.* Lys. qui istuc? Evt. non *Bothius olim.* resciscat. quid istuc? *fuit qui Demiphoni continuaret* reſciſſet **C**

Ĕamus intro: nón utibilist híc locus, factís tuis,'
Dúm memoramus, árbitri ut sint quí praetereant pér uias.

DEMIPHO.

Hércle quin tu récte dicis. ĕadem breuior fábula
Érit. eamus.

EVTYCHVS.

Híc est intus fílius apud nós tuos.

DEMIPHO.

'Optumest.

EVTYCHVS.

Illác per hortum nós domum transíbimus.

LYSIMACHVS.

Eútyche, hanc uoló prius rem agi quám meum intro referó pedem.

EVTYCHVS.

Quíd istuc est?

LYSIMACHVS.

Suám quisque homo rem méminit. respondé mihi:
Cérton scis non súscensere míhi tuam matrém?

EVTYCHVS.

Scio.

1005. Eamuſ **B**, *Pylades.* EVT. Eamuſ **DbFZ** utibilist **R**. utibile ſi **CD**. ut ſi **B**. utibile **FZ**. *Nisi Nonii p. 224 exemplis* utibilest *defendes* factiſ] i *cum rasura* **C** 1006. memorauimuſ **F** arbitrium ſint **B** 1007. DE. **B**, *Saracenus.* CHA. **DbFZ** quin *Pylades.* qui *libri* 1008. EV. **B**, *Camerarius.* Y. **DbFZ** eſt hic **F** *ante corr.* tuoſ **B**. tuuſ *reliqui* 1009. Optumeſt **B**. Optume eſt *reliqui, nisi quod* Optime **Z** EVT. illac **R**. illac *DEMIPHONI continuatum libri* illac portum **F** 1010. Eutiche **CD** rem magiſ **B**. agi rem *Bothius* introire ſero **B** 1011. *Fortasse praestat* suam quísque rém homo memiut (i *supra*) **C** 1012. certen (e *supra*) ſiſ **C**

LYSIMACHVS.

Víde modo.

EVTYCHVS.

Me uíde.

LYSIMACHVS.

Sat habeo. séd quaeso hercle etiám uide.

EVTYCHVS.

Nón mihi credis?

LYSIMACHVS.

'Immo credo: séd tamen metuó miser.

DEMIPHÓ.

Ĕamus intro.

EVTYCHVS.

Immó dicamus sénibus legem cénseo
Príus quam hinc intro abeámus, qua se téneant contentíque sint.

---

fuccenfere ***FZ*** 1013. *Sic* ***R***. Lʏ. Vide. Eᴠ. me nide. Lʏ. fatif habeo. id quęfo ***FZ***: *ubi* at *pro* id *Acidalius.* Video me fide. Lʏ. fatif habeo id quaefo ***B*** *et spatio pro* Lʏ. *relicto* ***CD***, *nisi quod* idq' fo ***C***. *Prorsus inutilia Balbachius Observ. p. 32 sqq.* *Hinc nova pagina in* ***B*** *incipit et simul promiscuus caerulei rubrique coloris in pingendis personarum notis usus, quem per partem maximam Pseuduli pertinere dixi in praefatione eius fabulae p. XI. Quo accedit graecarum usus litterarum, de quo monitum in Proleg. Trin. p.* XXIX *sq. Itaque v. 1014 et 1015 graecis notis caeruleis superpositae sunt rubrae latinae hoc exemplo:* Γ (EV) *vel* Γ (E), Λ (LIS), Β (D)

1014. Non (mihi) credif ***B***, *sed m. ant.* miseriam *ascripsit Lachmannus*

1015. *Sic personis distinxit* ***B***, *item Acidalius.* Cʜᴀ. Eamuf intro. Eᴠ. immo ***F***. Eᴠ. Eamuf intro. Eᴠ. immo ***Z***. Eᴠ. Eamus intro. immo *cum Pylade Camerarius* · legem censeo *Guyetus.* legef. *A.* cenfeo ***B***. legef cenfeo ***CDa***. legef. Cʜᴀ. cenfeo ***DbFZ***. leges censeo *Camerarius* *Ceterum pristinam ipsius Plauti fabulam habeo cur tali hic versu terminatam fuisse suspicer:*

Eamus intro. Ω Spectatores, bene nalete et plaudite.

1016. *Γ praemittit* ***B*** Prius quam h[inc intro] abeamus, qua se teneant ***R***. Prinfquam habeamnf quaf elege teneant ***B*** *et, nisi quod* e lege, ***C***. Priuf habeamnf quaf elege teneant ***D***. Priuf habeamnf quaf legef teneant

'Annos gnatus séxaginta quí erit, si quem sefbimus
Seú maritum síue hercle adeo caélibem scortárier,
Cúm eo nos hac lége agemus: ínscitum arbitrábimur.
Neú quisquam posthác prohibeto ádulescentem fílium,
Quín amet et scórtum ducat, quód bono fiát modo.
Sí prohibuerit, clám plus perdet quám si praebuerít palam,
Ét per nos quidem hércle egebit quási qui suum prodégerit.
Haéc adeo edico éx hac nocte prímum ut lex teneát senes.
Béne ualete: atque, ádulescentes, haéc si uobis léx placet,
'Ob senum hercle indústriam uos aécumst elare plaúdere.

FZ. *Vbi* qua se lege *Gulielmus: quae vera est interpretatio scripturae Palatinae* *ante* ſint *spatium* **C** 1017. *A. praemittit* **B**, Ev. **DbFZ**. *om. Camerarius.* gnatuſ **BD**. uatuſ *reliqui* querit **B**. quierit **D** 1018. siue *Pylades.* ſeu *libri* adō **C** caelibem *pro* cel. **BC** ſcotarier **B** 1019. hac *Bothius.* hic *libri* *Sequitur in libris, quem fecimus 1023* 1020. prohibeto posthac *proclivis transpositio: nisi* posthac prohibessit *dedit poeta* adol. **Z** filia **BCD** 1021. Qui **F** et scortum] scortumque *Guyetus.* quin scortum *Bothius* 1022. Si prohibuerit *Pylades.* Si quis prohibuerit *libri.* Si quis prohibeat *Guyetus* clam plus perdet *Bothius.* plus perdet clam *libri.* plus perdat *sine* clam *Guyetus* quam si praebuerit *Guyetus*: quam si praehibuerit *Camerarius.* ſi prohibuerit *sine* quam *libri, cum vacuo spatio post ea verba* **B**. quam praehibuerit *Scaliger.* quam si praehibessit (*et antea* prohibessit) *nescio an scripserit Plautus* 1023 *huc revocavit Pistoris, positum in libris post v. 1019* hercle **B** quasi qui **R**. qui *libri* 1024. adeo edico ex hac uocte primum ut lex **R**. adeo ut ex hac uocte primum lex *libri, nisi quod* adō **C**. *Vbi* hacce *Camerarius.* adeo ex hac nocte primum lex uti *Bothius.* Hoc addo unum, ut ex hac u. p. l. *Kampmannus de* De *praep. p. 21* ſenes **F** 1025. adoleſceuteſ **Z** 1026. Obſeuū **Z** iuiuriam *Guyetus* aecum eſt **B**. equum eſt **CD**. aequum eſt **FZ** dare plaudere **D**. dare plaudite **FZ** PLAVTI MERCATOR EXPLICIT **BCD**. PLAVTI · POETE · CLARISSIMI · MERCATOR · EXPLICIT **F**

Elberfeldae expressit Sam. Lucas.